

V 2
5846





Q. 191.
46



DISSERTATIO
HISTORICO-THEOLOGICA,
DE
SALVO CONDUCTU,
D. MARTINO LUTHERO
WORMATIAM EUNTI, AB IMP.
CAROLO V. IMPETRATO ET
SERVATO,

Quam
AUXILIANTE DEI TRINUNIVS GRATIA,
in Academia Regiomontanâ, Consensu Venerab.
Theologorum Ordinis,

SUB PRÆSIDIO

Dn. GODOFREDI WEGNERI,
SS. Theol. Doctoris, ejusdemque Profess. Ordinarii,
& Concionatoris Aulici Secundarii,
*Patroni atq; Præceptoris summo observantiæ cultu
æternùm devenerandi,*

Publicæ ventilationi submittit

JOHANNES **MASSER**
Gilgenb. Prussus, S. Theol. Studiosus,
IN AUDITORIO MAXIMO,

Anno M DC XCVIII. D. 27. Maji, Horis Antemeridianis.

REGIOMONTI, Typis REUSNERIANIS.
Recusa longè auctior.



DISSERTATIO

HISTORICO-ETHOLOGICA

SALVO CONDUCTU

D. MARTINO LUTHERO

WORMATENSIS ABBATIS

CAESARIS MAJESTATE ET

SERVATIO

ACADEMIAE REGIACENSIS

IN REGIA REGIMINA



JOHANNES

IN ADDITIONE

RECORDATIONE





Historia vitæ, doctrinæ, scriptorum, actorum, & mortis, D. M. LUTHERI, à variis fide dignis ac eruditis Viris edita, & adversus Pontificiorum criminationes atque contumelias, propugnata ac vendicata est. Postremum etiam Vir Perillustris & Generosissimus, *Dn. Vitus Ludovicus à Seckendorff*, Eques Francus, Consiliarius Intimus Saxonicus ac Brandenburgicus, Commentarium historicum & apologeticum de Lutheranismò, seu reformatione religionis, ductu D. MARTINI LUTHERI, adjutu DEI O. M. inchoatæ & stabilitæ, adversus *Ludov. Maimburgii* historiam adornavit; in quò non tantum narrationes Maimburgianas castigavit, & aliorum Scriptorum errores detexit, sed etiam veram & exactiorem rerum gestarum, ex fide dignis monumentis ac manuscriptis, aliisque rarioribus libris, historiam proposuit, ac simul pietatis & virtutis, à Majoribus in negotio reformationis ostensæ, justam defensionem piè instituit. Quamvis autem in hoc Commentariò plurima ex Actis, tam Principum, quam Communitatum, ac privatorum, quorum ingentem copiam Sereniss. Ducum Saxoniorum archiva, & aliorum scrinia ipsi suppeditarunt, hætenus nec visa, nec audita publicè, allegaverit, & Orbi erudito communicaverit: passim tamen adhuc latere videntur in archivis, bibliothecis, ac scriniis Principum, & Doctorum Virorum, quæ historiam Lutheri, & reformationis, ampliare & adjuvare possent. Ita sæpius fit mentio in ejus historiâ salvi conductus, ab Imperatore Rom. impetrati; sed nusquam tamen apparuit iste, delitescens hætenus inter alia *κειμήλια* in Bibliotheca *Wallenrodianâ*. Nimirum pervenit is cum aliis manuscriptis ac literis *B. Lutheri*, quæ hîc asservantur, ad ipsius generum, Virum generosissimum, DN. GEORG. à KUNHEIM, Equitem Prussum, & Consiliarium Provinciale, qui filiam tertiam Margaretham in matrimonio habuit: post cujus obitum delatus est in tutelam Perillustris & Magnifici Viri, DN. MARTINI à WALLENRÖD, Cancellarii, qui uti in omni doctrinæ genere versatissimus, ita doctorum Virorum, & bonorum librorum amantissimus fuit, bono publico erecturus bibliothecam, nisi propria eaque instructissima incendiò consumpta fuisset. Semel tamen animo Consilium salutare versans, Filio exequendum dedit, Viro Perillustri & Generosissimo, DN.

A

MAR-

DE SALVO CONDUCTU

MARTINO à **WALLENROD**, Supremo Provinciae Magistro, qui denuò instauratam Bibliothecam B. Parentis, propriâ auctam, hominibus literatis consecravit, & in templo Cniphosiano, non sine magnis sumtibus, locum ac sedem commodam eidem apparavit: cujus egregiam hodiè curam gerit, Perillustris & Magnificus, DN. **CHRISTOPH.** à **WALLENROD**, Provinciae Supremus Mareschallus, Cancellarii Nepos, & Magistri Provincialis Gener laudatissimus, Dominus & Patronus noster colendissimus. Ex hac Bibliotheca tecum, B. L. communicamus, *Salvum Conductum*, LUTHERO Wormatiam eunti impetratum, paucis ac brevibus observationibus Historico-Theologicis illustratum.

II. Existentiam hujus *Salvi Conductus*, licet hætenus publicè in scriptis non apparuerit, confirmant luculentissimè, *partim* testimonia Historicorum, ipsorum quoque Pontificiorum, *Sfortia Pallavicini* in histor. Concil. Trid. lib. I. c. 26. n. 5; *Antonii Varillasii*, Historici Regis Galliae, in de educ. Principis, seu vitâ Guil. Croji Cevrii, lib. 6. in fin. ubi formulam salvi conductus pro Luthero ab eo compositam fuisse scribit; *Ludovici Maimburgii*, in histor. Lutheran. lib. I. sect. 38. &c. *partim* ipsa LUTHERI citatio Imperatoria, quam, quia authenticum in eadem *Bibliotheca Wallenrodianâ* asservatur, & ab editis Tom. I. Jen. Germ. f. 433. b. (485. b.) T. 9. Witt. f. 106. a. T. 2. Jen. Lat. f. 411. b. T. 1. Altenb. p. 652. b. paululum discrepat, etiam huc cum usitatâ id temporis orthographiâ apponam.

Biel von gottes gnaden Erwehlter Romischer Kaiser zu allen heiligen Mehrern des Reichs etc. Ersamer lieber andechtiger Nachdem wir und des Heiligen Reichs Stennde. yetz hie versamelt. fürgenommen vnd entlossen. der Leren und Buecher halben. so ain zeit her von dir ausgegangen sein. erkundigung von dir zu empfangen. Haben wir dir herzukomen. vnd von dannen widerumb. an dein sicher gewarsam. vnnser vnd des Reichs Frey gestrackt sicherhait. vnd Gelait. gegeben. Das Wir dir hieneben zu sendden. Mit beger. du wellest dich fürderlich erheben. Also das du. in den Ninundzwainzigsten tagen in solchem vnnserm Gelait. bestimbt. gewislichen hie bey vnnss seyest. vnd nit außbeleibest. dich auch kains gewalts. oder vnrechtens besorgen. Dann wir dich bey dem obgemeltem vnnserm Gelait. vesttiglich handthaben wollen. vnnss auch auf solch dein zukunft. ernstlich verlassen. vnd du wist daran vnnser ernstlich maynung. Geben in vnnser vnd des Reichs

Reichs Statt Wormbs am Sechsten tag des Moneds Marcy Anno
 1527 vnd im Ain vnd zwainzigsten Unsers Reichs im andern Jahren.
 CAROL.

Dem Ersamen vnnserm liben An-
 dechtigen Doctor Martin Luther
 Augustiner Ordens.

Ad mandatum Dni Imperatoris ppm.
 Albertus Card. Mogun. Archi-
 cancellarius spt.

Niclas Ziegl.

III. Expressa in hac Cæsareâ D. M. Lutheri citatione mentio fit
Salvi Conductus, qui tum *Fecialem* ab Imperatore missum, tum *Literas*
securitatis, quales etiam à GEORGIO Duce Saxoniae, FRIDERICO
 Electore, & JOHANNE Duce Saxoniae, accepit, unâ complectitur. *Authenticum*
 verò in laudatâ Bibliothecâ *Wallenrodianâ* ita habet.

Wir Karl der Funfft von Gots Gnaden Erwelter Romischer
 Kaiser zu allen heitten Merer des Reichs 2c. in Germanien
 zu Hispani baider Sicilien Jherusalem Hungern Dalmacien
 Croacien 2c. Kunig Erb- Herzog zu Osterreich und Herzog zu
 Burgundi Grave zu Habsburg Flandern und Tirol 2c. Bekennen
 als wir aus beweglichen Ursachen Martin Luter Augustiner Or-
 dens her gen Wormbs erfordert. Das Wir Im defshalben vnnser vnd
 des heiligen Reichs Freygestrackh Sicherheit und Gelait wider
 meingflich gegeben und zugesagt haben. Vnd tun das von Kai-
 serlicher Macht wissentlich in kraft des brieffs. Also das er in ain
 undzwainzig tagen den nechsten nach vberantwortung diß vnnser
 brieffs her gen Wormbs kamen vnd daselbs vnnser und des Reichs
 Stennde handlung auswartten vnd darnach von dannen bis wider
 an sein sicher gewarsam ziehen sol vnd mag von vnns und aller-
 meingflichen unbelaidigt vnd vnverhindert. Vnd gepieten darauf
 allen Churfursten Fursten geistlichen vnd weltlichen Prelaten
 Graven Freyen Herrn Rittern Knechten Hauptleuten Bistum-
 ben Bogten Phlegern Verwesern Ambtleuten Schultheissen
 Burgermaistern Richtern Ketten Burgern gemainden vnd sonst
 allen andern vnnsern vnd des Reichs Unnderthanen vnd getreuwen
 in was werden stats oder wesens die sein ernstlich mit di-
 sem brieff vnd wellen. Daß Sy solch vnnser vnd des Reichs sicher-
 hait vnd Gelait an dem gedachten Martin Luter stett und best
 halten Im auch in seinem hin und widerziehen gelaiten vnd ge-
 laitet

DE SALVO CONDUCTU

4

lattet zuwerden verschaffen · vnd Ine darwider nit belaidigen. noch bekamern · noch des yemands annderm zettun gestatten · in kein weise · als lieb ainem yeden sey · Vnser vnd des Reichs swer vngnad · vnd straff zuvermeiden. Das meinen wir ernstlich · Mit vrkhundt diß briefs. Geben in vnser. vnd des Reichs Statt Wormbs · am Sechsten tag des Moneds Marcii Nach Cristi geburde Funffzehnhundert · vnd im Ainundzwainzigsten · Vnser Reiche des Römischen. im Aunndern vnd der anndern aller im sechssten Jaren.

CAROL.

Ad mandatum Dni Imperatoris ppm.
Albertus Cardin. Mogunt.
Archicancellarius spt.
Niclas Ziegl.

IV. *Quid Saluus Conductus sit, & in quò consistat, non operosè hic adducemus, cum animus sit, Historica tantùm & Theologica circa saluum conductum D. LUTHERI, paucis in medium proponere. Saltem ut de nomine aliquid præmittam, observandum, securitatis & salvi conductus varias esse species, quas tamen generali hâc definitione comprehendere conatur JOH. GEORG. BECHTIUS, quando describit, quod sit justum immunitatis ab offensione, damno, vel inquietatione, præsidium. Si vim vocis spectamus, exprimit significantissimè meandi & remeandi securitatem & incolumitatem, eò quod illi, qui impetrant saluum conductum, ab hoc salvi plerumq; ducuntur ac reducuntur. Hinc, quia appellationis ratio ab ipsa re petita, illud nomen κατ' ἐξοχήν ad istud nobilissimum securitatis genus, quod itinerantibus vel peregrinantibus saluum per vias publicas iter præstat, dudum accommodatum est. Verùm, cum saluus conductus nonnunquam magis honoris, quàm securitatis causâ fiat, ut in Magnatibus conducendis usu venire solet: discrimen notandum est, inter saluum conductum simpliciter talem, qui Latinis conductus, Germanis das Geleit / Gallis guidage & convoy nuncupari consuevit, & inter conductum, qui protectionem & securitatem iis præstat, qui vel communi legum securitate carent, uti sunt hostes, banniti, delinquentes, aliive, vel, si non carent, minus tamen tuti sunt, & Germanis sicher Geleit / aliis Salvaguardia dicitur, quòque minus potentes contra potentiores à superiore facultate communiuntur. Ille partim ex necessitate officii, partim ex facultate privilegii ac prærogativæ*

tivæ spectatur; cujus exemplum & species singularis est, *Conductus Electoribus*, eorumque legatis, electionis peragenda causa iter facientibus, debitus, quòde peculiari Disputatione egit JOH. HENR. BOECLERUS, quæ inscribitur *Conductor Carolinus*, & Argentorati 1663. ad Caroli IV. auream bullam habita est. *Hic* verò protectio quædam extraordinaria, singularis, & privilegiata est, quæ *Schutz und Schirm* appellatur, cujus principalissima forma est *salva guardia*, quam summus Princeps pro defensione personarum ac rerum tribuit. Et dividitur, juxta laudatum *Bechtium* tract. de secur. & salv. cond. c. 10 p. 767. delineato: 1. in *absolutam ac generalem*, quæ defensionem juris & facti continet; & in *limitatam*, quæ certæ defensionis limitibus sese continet. 2. in *eam, quæ in genere*, & non contra certam personam, etiam nemine citato, & citra causæ cognitionem, conceditur; & in *eam, quæ adversus certas personas*, à quibus impetrans se sibi metuere narrat, & regulariter quidem citatis eis, ac cum causæ cognitione tribuitur. 3. In *eam, quæ literis patentibus sive diplomate*, in modum privilegii, (quod *Kaiserl. Schutz und Schirm-Briefe* nominamus;) & *eam, quæ per signi seu veli* titulive impositionem; & *eam, quæ per appositionem custodum*, datur. De quibus salvi conductus speciebus addit, qualiscunque ea sit, impetranti tamen non plus, quàm ante habebat, juris tribui, sed jus possessionemque, quam habebat, conservari; neque ordinariæ jurisdictioni derogare vel eximere; inviolabilem tamen impetrantem cum suis rebus præstare; violantes contra pœnæ obnoxios facere, ad quam, ut agi possit, requisita quædam intervenire. Addi potest & illa species, ubi à Superiore Potestate *diploma & custodia*, ad majorem securitatem, conjungitur: ad quam *salvus ille conductus* Lutheri pertinet, cui Imperator CAROLUS V. literas securitatis, de quibus agimus, & *fecialem*, qui ipsum conduceret Wormatiam, misit. Ita enim *Ludov. Maimburgius* in histor. Lutheranismi lib. 1. sect. 38. *Luthero scripsit Imperator die 6. Martii injunxitq;*, ut *intra dies 21 Wormatiam se sisteret: misit etiam fecialem*, qui eum adduceret, cum literis salvi conductus, suo & totius conventus nomine, quibus munitus tunc accedere, morari, & recedere posset, eâ tamen conditione, ne in itinere concionaretur. Sed *fecialis Caspar Sturm* totus jam Lutheranus, concionari eum pro lubitu *Erfordie* permisit, contra doctrinam, leges, & mores *Paparum*, neq; de hoc quicquam Imperatori renunciavit. Sed his immorari nolu-

mus: qui plura cupit consulat tractatum allegatum Dn. Bechtii Jcti Heilbronnensis, qui continetur in Tom. II. Jurispublici Rom. Imper. seu collect. Dispp. Histor. Jurid. Polit. Hanov. 1614. editis à p. 607-771. & hanc materiam latissimè proponit, sed nondum absolutus & ad finem perductus: Item *Besoldus* in thes. pract. voc. *Geleit* cum addit D. Ditherrens, Bidembach qu. 17. Arumæus vol. 2. f. 35. Oldecop, Gr. de Magalottis, Maulius &c.

V. Nos I. CAROLI V. Imperatoris Romani, *curam & amorem religionis, clementiam, justitiam & veritatem* hic annotamus. (1) *Cura religionis* clarè satis hinc apparet, quod *causam Lutheri*, quem omnes Papæ asseclæ oppressum & combustum volebant, justò zelò ad se recepit. Nam, cum *D. Lutherus* ad Leonem X. Papam Rom., monitu *Caroli Miltitii*, quem Pontifex ad Fridericum Electorem miserat, & consensu primorum ordinis Augustiniani, scripsisset; iste autem acerbè ipsam tractasset, tanquam hæreticum excommunicasset, & doctrinam condemnasset; ad hunc nuper creatum Imperatorem causam suam, hæctenus variè agitatam, detulit, rationes adducendo, cur id faciat, & orando, *ut doctrinæ Christianæ tutelam suscipiat, seq; contra vim & injuriam omnem defendat, quousq; de causa constiterit: nullam se petere defensionem, si malam sustinere causam convictus fuerit: petere solùm, ut cognitio fiat, neq; prius aliquid pronuncietur: hoc ad ipsius officium pertinere, & idcirco tributam ei potestatem hanc à DEO summam, ut jus reddat & severè conservet, utq; tenues ac infirmos contra potentiorum injurias defendat:* referente Johan. Sleidano in Commentar. de stat. relig. & reip. lib. 2. p. m. 39. Accedebat Friderici Electoris, qui propter Lutherum Romanensibus invisus erat, summum desiderium, ut damnatus ille audiretur: cumque Cæsarem ad agendos Wormatiæ conventus euntem comitaretur, effecit, ut Cæsar, velle se Lutherum evocare diceret, & coram audire. Id quod etiam in literis ad Electorem antea promiserat, curaturum se esse, ut à doctis & sapientissimus viris sufficienter audiretur, & ab injuria tutus esset; observante Ill. Seckendorffio in Comm. l. r. §. 88. p. 142. Promissis etiam stetit in comitiis Wormatiensibus: dum Lutherum advocavit, missis literis citationis, & feciali Casp. Sturmio, cum salvo conductu. *Dixit enim Cæsar* (ipso Majmburgio fatente sect. 38.) *Lutherum audiendum esse, ne prætendi possit, inauditum damnatum fuisse.* Restitit autem valdè tunc Nuncius Apostolicus *Alexander*, & præsentiam Lutheri variis modis impeditum

peditum ivit, cujus causam principalem *Maimburgius* tacet, *Pallavicinus* autem aperte indicat, eamque gravissimam dicit, scilicet fori incompetentiam. Angebat enim ipsum, quod Cæsar & ordines, utpote Laici, condemnatum à Papâ Lutherum, videre & audire cuperent. Testatur id disertè *Pallavicinus*, in histor. Concil. Trid. lib. 1. cap. 26. n. 3. p. 41. his verbis: *Timuit Alexander, ne hic hominis accitus eò tenderet, ut in solemnè disputatione Lutherus audiretur, cui ille inhiabat avidè, fretus lingua sua volubilitate, animi sui audaciâ, & communi auditorum inscitia. Quamobrem sedulo contestatus est apud Cæsaris ministros, non esse in controversiam adducendum id, quod à Romano Pontifice, supremo iudice in rebus religionis, sancitum fuerat; præterquam quod non esset in potestate illius Conventus, utpote profana, huiusmodi causis præesse: Lutherum deniq; Colonia palam edixisse, recusari à se Philosophos, Canonum peritos, & universum ordinem ecclesiasticum: &c.*

VI. At verò i. *Juri Majestatis* id competebat, ad quod etiam cura religionis & sacrorum pertinet. Nam (α) Magistratus Christiani, Reges & Principes seculares, primatum seu exteriorem jurisdictionem in ecclesiâ habent, ita ut autoritate suâ ecclesiam regere, ejusdem ministros vocare & deponere, per eos lites & controversias fidei dirimere, Synodos convocare, leges ecclesiasticas promulgare, & plura alia in commodum ecclesiæ exercere possint: duplici nimirum fungentes officio, politico ob rempublicam, & ecclesiastico ob ecclesiam sibi concreditam. Idcirco etiam sunt *Episcopi*, non quidem intra ecclesiam, uti sunt ministri Ecclesiæ, quibus incumbit verbi prædicatio & sacramentorum administratio; sed *extra ecclesiam*, dicente *Constantino M.* ad *Episcopos* sui temporis apud *Eusebium* lib. 4. de vit. Const. M. c. 24. *Vos quidem intra ecclesiam, ego verò extra ecclesiam à DEO constitutus sum Episcopus.* (β) Mandatò quoque Divino obligantur ad illud officium, Deut. 17. 19. Jos. 1. 7. ubi custodia legis Divinæ illis committitur, ad quam certè religionis & sacrorum cura etiam spectat. (γ) Exemplò præiverunt, Majores in V. T. Reges Israël & Juda; in N. T. *Constantinus M.*, *Marcianus*, *Theodosius*, *Justinianus*, *Carolus M.* &c. (δ) Reipublicæ salus, absque curâ religionis, consistere nequit, quæ societatis humanæ fundamentum est. Unde *Aristoteles* lib. 7. Polit. c. 8. inter ea, sine quibus Resp. constare non potest, *ἡμετέρας τῆς θεῶν*, seu curam religionis refert, eique prin-

principem locum assignat. 2. *Judicium in controversiis fidei & religionis*, non soli Pontifici Romano competit, uti defensores primatus ejus putabant, & hodiernum volunt ac docent, ipsum esse summum, ordinarium, universalem, & infallibilem judicem, qui in visibili cathedrâ sedens, exortas inter Christianos de fide & religione Controversias peremptoriè dirimere, sententiamque de illis distinctè pronunciare possit ac debeat. At (α) *summus & infallibilis judex* in dijudicandis fidei & religionis controversiis est Spiritus S., in Scripturâ & per Scripturam loquens, Joh. 16. 8. Act. 15. 28. (β) *Ministerialis* est Ecclesia, & in eâ Doctores & Ministri ecclesiæ, judices inferioris ordinis, *non exclusis aliis fidelibus*, etsi Laicis, hoc tamen discrimine observatò, quod hi privatim discretionis judiciò controversa dignoscant, & publicam decisionem Doctoribus peragendam relinquunt, 1. Cor. 10. 15. c. 11. 31. 1. Theß 5. 19. (γ) *Norma*, & quidem unica, secundùm quam examen & decisio controversiarum instituenda, est S. Scriptura, *vox Spiritus S.* Rom. 3. 19. Gal. 4. 30. Joh. 16. 8 c. 12. 48. Hebr. 4. 12. Ad hanc ablegat DEus ecclesiam, tanquam ad unicam regulam, Deut. 4. 2. c. 6. 6. Jesai. 8. 20. Luc. 16. 23. Ad hanc quoque revocat Patres Nicænos *Constantinus M.* apud Theodoretum lib. 1. Hist. Eccl. c. 7. *Sumamus*, inquit, *hostili posita discordiâ, ex divinitus inspiratis sermonibus, solutionem questionum.* Item *Basilius M.* epist. 80. ad Eustach. Medic. *Scriptura divinitus inspirata arbiter à nobis constituatur, & apud quos inventa fuerint dogmata, divinis oraculis consona, illis omninò adjudicetur veritatis sententia.* Confer. *Chrysostomus* in c. 24. Matth. & *Optatus Milevitanus* lib. 5. de schism. advers. Parmen. Item judicia & testimonia, quæ de compositione controversiæ Lutheri data sunt, apud *Seckendorff* lib. 1. § 88. p. 145. Quando igitur *Pallavicinus* scribit, *periculosum & ineptum fuisse, causam istam solenniter disputandam ad conventum hunc trahi, qui communi (universali) laboraret ignorantia:* inter quos tamen quinque Archiepiscopi, undecim Episcopi, legati item Principum, inter quos multi Clerici & Prælati fuerunt; errat & peccat enormiter. *Errat*, dum soli Papæ adjudicat, & Conventui legitimè congregato derogat judicium de causa Lutheri, quod jure divino & humano ipsi competebat. *Peccat* verò, & injuriam facit tot Principibus & Viris Ecclesiasticis tunc præsentibus, quod ignorantiam ipsis tribuit, quos summa sapientiâ, & doctrinâ theologicâ claruisse, ex historia constat. Contra quid de *Urano VIII.* ignorantiam suam confesso referat *Lud. de S. Amour*, vid. P. 3. Diurn. c. 12.

VII. Nec (2) *Clementia, benignitas, & gratia* Cæsaris erga Lutherum h. l. tacenda est. CAROLUS enim Imperator, *Varillasiô* annotante, fuit admodum cupidus, Lutherum & videndi, & audiendi. In literis citationis comparet honorifica inscriptio: *Dem Ehsamen/ unserm lieben Andächtigen/ D. Martin Luther/ Augustiner Ordens.* Nec sufficit Cæsari, facialem misisse, sed, cum acerbitatem, & odium sacerdotum in Lutherum animadverteret, literas securitatis, suo & Ordinum Wormatiæ congregatorum nomine, addidit, & seriò mandavit, ut omnes ubique tutum Lutherò accessum & reditum permitterent, eumque omni modo juvarent, ac tutum atque incolumem in hoc itinere præstarent, cum gravissima comminatione, si quisquam eum læderet, vel lædi sineret, pœnarum à Cæsare & imperio expectandarum, uti ex originali supra præmisso videre licet. (3) *Justitia* quoque ac *Veritas* Imperatoris laudanda est in hoc negotio, utpote qui semel datam fidem nequam frangere, neque contra *λόγον πίστεως* *Cass. Sturmio*, Feciali, traditum, aliquid agere voluit. Nam, cum multa Lutherò pericula struerentur, & Wormatiæ à pluribus id unicè ageretur, ut *Lutherus* contra fidem datam, tanquam hæreticus, caperetur & combureretur; non tamen violentis istis ac sanguinolentis hostium consiliis Cæsar obtemperavit, sed *Luthero* salvum conductum benignè servavit, & novum abeunti clementer dedit, teste ipso *Lutherò*, ejusque hoste *Maimburgio*, qui in hist. lib. 1. f. 42. scribit: *Ideò, cum adversus ingenium ejus pertinax nihil proficeretur, jussit eum d. 26. April. Wormatiâ excedere, dato iterum 21. dierum spatiò, ut se in locum tutum reciperet, addiditq; eundem facialem, qui eum adduxerat, easdemq; salvi conductus literas quibus fretus in comitiis comparuerat.* Narrat *Altingius*, cum Wormatiæ in colloquiò inter Principes de frangendò *salvo conductu* sermo fuisset, quod LUDOVICUS Elector Palatinus se interposuerit, dicens, *ad labem & dedecus Germanici nominis sempiternum pertinere, siquidem fides publica non Imperatoris tantum, sed potius Imperii nomine data, violaretur.* Quâ occasione Carolus V. dixisse fertur; *Si fides toto orbe exularet, in aulis Principum refugium illi debere.* Et quamvis Cæsar, ab hostibus Lutheri fatigatus, edictum Imperiale contra Lutherum, post ipsius abitum, publicari fecerit, quod T. I. Altenb. f. 736. extat, nullum tamen effectum habuit. Quin non sine rationibus conjicit *Illust. Seckendorff*, præeunte ipsi *Pallavicino* lib. 1. c. 28. §. 5. cum in abita

B

Lutherus

Lutherus caperetur, non sine Cæsaris ipsius conscientia hunc servandi illius modum adhibitum fuisse: qui vid. lib. 1. sect. 44. §. 98. pag. 159. a. Laudat ipse *Lutherus* humiliter Cæsaris gratiam in litt. ad ALBERTUM Comitem Mansfeld. T. I. Altenb. p. 733. Bald darauf kam der Official mit einem Grafen und Kais. Maj. Cansler/ als einen Notarien / und entboten mir von Kaiserl. Maj. weil ich nicht weichen wolt von meinem Fürnehmen / solt ich mich von dannen machen / und zwanzig Tage Geleit haben / Kais. Maj. wolte darnach thun / was sich gebühret. Also dancket ich Kaiserl. Maj. und sprach: Sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum. Conf. gratiarum actio in literis ad Electores & Status Imperii ibid. pag. 731. a.

VIII. Memorandus II. FRIDERICI Electoris Saxoniae laudabilis zelus, in puritate religionis procurandâ, & *Lutherô*, Theologo & subdito suo, docto, pio, innocente, clementer tuendo & conservando. Quantâ enim sollicitudine, curis, vigiliis, sanctissimum religionis negotium tractârit; quantum odium & invidiam Papæ & Cardinalium, ob Lutherum defensum, in se derivârit; quantos labores sustulerit; quantas persecutiones atque pericula expertus sit; tacere hîc potius, quàm pauca referre, satius est. Tangam saltem, quæ circa *salvum conductum* sapientissimus & religionis veræ amantissimus Princeps, negotia habuit. *Primum* is Auctor fuit Cæsari Wormatiam tendenti, ut Lutherus vocaretur, & cum omnes in universum status atque ordines etiam Lutheri præsentiam desiderarent, Cæsarique suaderent, de salvo conductu monuit, eumque rogavit. *Deinde*, cum Imperator ab Aleandro incitatus, *Fridericum* tentaret, ut ipse solus Lutherum accerseret, & commeatum ei præstaret, Princeps laudatissimus, insidias prævidens, per quas, non obstante commeatu suo, adventanti noceri posset, salvum conductum ab Imperatore, & toto Conventu, pro Luthero impetrare allaboravit, & tandem impetravit. *Porro*, cum inter Proceres de *salvo conductu* disceptaretur, & essent, qui Cæsaris literis, exemplô Hussi territi, non fidendum esse dicerent, Principum quorundam fidem speciatim interpositam esse scribit *Cochlaus*, & quidem Fidejussores fuisse, Saxoniae Electorem, Hassiæ Landgravium, & Principes Brunsvicensis & Brandenburgenses *Insuper* refert Illustr. *Seckendorff* ex literis *Gregori Pontani*, Fridericum Electorem ex consilio *D. Conr. Peutingeri* Augustani, speciatim à Cæsare stipulatum esse, ut in salvi conductus exhibitione constitutioni, *quod hereticis*

ticis non sit servanda fides, renunciaretur, idque factum esse, *Pontanus* a. 1541. à *Peutingeri* filio percepit: quia tamen nihil de eò in publicis extat, secretis literis cautum id esse oportuit. *Præterea*, ne suo quoque officio deesset *Fridericus*, & ipse literas securitatis *Cass. Sturmio* tradidit, sed tam cautus id fecit, ut jussu *Cæsaris* istas ad *Lutherum* expediret, uti ex diplomate, quod *T. I. Altenb.* p. 653. & literis ad *Lutherum*, quibus *Imperatoris* diploma adjunctum fuit, d. ii. Mart. datis, in archivo reg. H. f. 107. referente *Seckendorffio* constat. Deniq; in ipsis comitiis, cum *Lutherus* nihil cederet, & periculum inde majus ei cresceret, nemo præter *Frid. Elect. Sax.* patrocinium ejus suscepit: quamvis non tam apertè, ut causam ejus suam faceret, interim tamen consilium capiens de occultando *Luthero*, annotante *Spalatinò*, quod etiam ipsi per hunc & duos equites significari fecit: in causa scil. periculosissima à tempore remedium quærens, cum nullum aliud superesse videretur. Conf. Excerpta ex literis *FRIDER. Electoris* ad *JOHANNEM Fratrem*, de actis cum *Luthero* *Wormatiæ* apud *Seckendorff* p. 157. sq.

IX. Spectanda III. *Cleri Pontificii*, & adhærentium, adversus *LUTHERUM* malevolentia, invidia, perfidia, odium, persecutio, & in erroribus defendendis pertinacia. Ex actis *Wormatiensibus* constat, fuisse inter eos, qui *Lutherum* vocari ad conventum voluerunt, quemadmodum etiam in historiâ *T. I. Altenb.* p. 719. perhibetur, Legatorum *Romanensium* instin. tu & desiderio ipsum accersitum esse. Atque horum consilium, tanquam justitiæ conveniens, ipse *Imperator CAROLUS V.* approbavit, & *Lutherum* audiendum esse pronunciavit, ut ex verbis *Maimburgii* supra §. 5. patescit. Ex adverso *Nuncius Apostolicus Aleander* vocationem *Lutheri* prorsus improbavit, indignatus, hominem à *Papa* condemnatum, & jam post bis terve finitos (quos ei ad revocandum constituerat,) sexaginta dies, excommunicatum ac detestabilem, adhuc vocandum & audiendum esse. Diversæ autem rationes fuerunt, ob quos accessus *Lutheri* probaretur vel improbaretur. Dissuasi accessus tres sunt *Aleandri* rationes: 1. concernebat *Pontificis Romani* autoritatem, quæ, cum jam antea *Lutheri* doctrinam, tanquam supremus in rebus fidei *Judex*, condemnasset, magnum in modum labefactaretur. Hinc (ut *Pelavicinus* c. 26. n. 5. ait) urgebat *Aleander*, hæreticum manifestarium, à *R. P.* jam damnatum, nequiquam audiendum. 2. Spectabat *Conventum Wormatiensem*, cui tanquam *Politico*, & communi in rebus fidei insci-

tiâ laboranti, minimè conveniret, res fidei tractare, & causis ecclesiasticis præesse. 3. attinebat *Lutherum*, qui propter eruditionem, & solidam Verbi DEI notitiam timebatur, ne, si in solemnî disputatione audiretur, victoriam reportaret. Quod *Pallavicinus* supra §. 5. satis apertè indicat, & seq. n. 4. his verbis colorat: *Sed statim factus est certior (Aleander) vocari Lutherum, non quò proscriptos à Pontifice Romano articulos in concertationem adduceret, sed quò declararet, an eos, tanquam suam doctrinam agnosceret. Nihilominus timetis illius rei causa is acciretur, nec mora, nec periculum vitabatur; quoniam homo factiosus, ac lingua promptus, ardore vultus, & oris Spiritu, ad concitandam seditionem plurimum valuisset.* Rationes autem persuasæ & probatæ vocationis *Lutheri* in duobus extremis versantur. Nam erant *a.* qui à partibus *Lutheri* ac veritatis stabant, hancque assertam, propugnatam, & manifestatam cupiebant, inter quos Elector Saxonicus eminebat, teste *Beato Rhenano* in epist. ad Spalatinum apud *Seckendorff* p. 151. in quâ veram accersiti *Lutheri* causam egregiè exponit. *B.* Erant tamen alii ex assediis Pontificis, qui *Lutherum* quidem videre & audire cupiebant, sed eò fine, ut tam commodâ occasione caperetur, & tanquam hæreticus occideretur. Id quod nec ipsi Pontificii Historici tacere possunt. Nam *Petrus Suavis Polonus* (qui est *Paulus Sarpus Venetus*) in histor. Concil. Trid. lib. I. p. 13. *Non deerant, inquit, in eò senatu, qui Constantiensis Concilii aëla probantes dicerent, fidem ei minimè servandam esse: sed horum sententiæ Ludovicus Comes Palatinus Elector refragatus est, tanquam sempiternum dedecus inurenti nomini Germanico; cum indignatione affirmans, haudquaquam esse ferendum, ut in gratiam sacerdotum Germania publicæ fidei violatæ infamia laborare debeat.* Similiter *Pallavicinus* c. I. num 5. p. 41 quorundam mentem disertis verbis aperit, cum de citatione *Lutheri* consultatio esset. *Quod si adhuc citandus esset, ut nova damnationis forma servaretur, haud certè fidem publicam illi præbendam, quæ concedi non debet pro eo crimine, cujus nomine reus citatur.*

X. Ut brevitatis causa hîc alia non tangamus, duo tantum in Pontificiis notanda proponemus, *maximum erratum, & maximum peccatum.* (I) *Erratum* hoc est, quod docent ac statuunt, *fidem diversæ religioni addictis hominibus, adeoq; etiam hæreticis datam, non esse servandam.* Decretò enim singulari Patres Concilii Constantiensis

iensis hanc sententiam unanimes confirmarunt in sess. 19. ubi sic loquuntur: Præsens sancta Synodus, ex quovis salvo conductu, per Imperatorem, Reges, & alios seculi Principes, hæreticis, vel de hæresi diffamatis concessio, nullum fidei Catholica, vel jurisdictioni Ecclesiastica præjudicium generari, vel impedimentum præstari posse seu debere, declarat, quò minus, dicto salvo conductu non obstante, liceat Judici competenti & Ecclesiastico, de hujusmodi personarum erroribus inquirere, & aliàs contra eos debite procedere, eosdemq; punire, quantum iustitia suadebit, si suis errores revocare pertinaciter recusaverint, etiamsi de salvo conductu confisi ad locum venerint iudicii, aliàs non venturi, nec sic promittentem, cum fecerit, quod in ipso est, ex hoc in aliquo remansisse obligatum. Hoc decretum fecerunt d. 23. Septembris, posteaquam in sess. 15. d. 6. Jul. Johannem Hussum ad rogam condempnassent, tanquam hæresiarcham accusatum & convictum, cum tamen nondum auditus esset. Si totum Concilium tale decretum perfidum, de fide hæreticis non servandâ, condit; quid alii sentiant aut statuant Pontifici Romano addicti, facile hinc patet. Dilertè Simanca, Episcopus Tacensis de Cathol. Inst. c. 46. n. 52. Nullo, nullo, nullo modo fides hæreticis servanda est, etiamsi juramento firmata sit. Sæpè id motuum, inquit, necesse est tamen, incessabiliter iterare, & tamdiu non tacere, quamdiu pacis istius nomen obtendiur. Idem ibid. ad pœnam & odium hæreticorum hoc pertinere dicit, quod fides illis data servanda non sit, non obstante juramentò. Similiter Contr. Brunus lib. 3. de hæret. c. 15. p. 305. latè disputat, pacificationes cum diversa religionis hominibus initas esse irritas, quia cum hujusmodi hæreticis Catholico nulla pax esse possit, ut illi offendi & conteri non possint. Cardinalis Hosii ad Regem Polon. sententia est, epist. 197. 202. 210. quod, licet Rex juramento obstrictus sit ad defendendum, tam hæreticos, quàm catholicos regni sui subditos, nullâ tamen ratione teneatur ad præstandum, quod promisit. Mirum ergò, quod Becanus Jesuita, vetustiores Pontificios, & ipsum Concilium (quod errare non posse aliàs statuunt) erroris arguit, lib. 5. Manual. Controv. cap. 15. p. 601. num. 1. sq. scribens: Tametsi cum hæreticis non facile paciscendum sit; nihilominus tamen, si cum illis pactus es, aut fœdus iniisti, debes integrè sincerè servare illis fidem, non minus, quàm Catholicis. Verùm is meros fumos nobis vendit, reipsâ idem cum reliquis Pontificiis sentiens

tiens, quod ex huius principiis elucescit. Nam p. 704. n. 10. scribit: *Tres casus sunt, in quibus fides non est servanda. Primus est, si promissio sit de re turpi au. illicita. Secundus est, si pactum vi aut metu, cadente in virum constantem, extortum sit. Tertius est, si is, cum quo pactus es, non servat tibi fidem.* En hæ limitationes non obscure ostendunt, quæ sit mens Becanij. Nam, *si res illicita est, fœdus cum hæretico inire, l. 5. Man. Controv. c. 14. p. 466.* si fides utique hæretico data, non servanda erit. *Si Catholici fœdus cum hæreticis non nisi extrema necessitate adacti, pangere debent;* certè fides ac promissio, metu extorta non servanda est. *Si deniq; hæretici perfidi sunt, nec DEO, nec hominibus servantes fidem, cap. 14. p. 700. n. 6.* certè nemo tenebitur hæreticis fidem servare, quia perfidis fides non est servanda. Dat ergò unâ manu Becanus, sed alterâ aufert, nec melior, nec conscientiosior, quàm cæteri Pontificii.

XI. Opponimus autem his impiæ fidei ac fœderum fractionis propugnatoribus. (1) *Jus Divinum*, quod fidem hosti datam inviolatam servari mandat. *α.* Cum enim sanctè promissa, per nomen DEI, & sub juramento, vel per fidem nostram, confirmentur, sanè *tum* perjurium ille, *tum* ingens crimen committit, in nomen DEI, ejusque legem injurius, qui fidem datam frangit. Vid. Exod. 20. 7. Levit. 19. 11. 12. Eph. 4. 25. *β.* DEus ipse fidem suam populo datam servavit, licet is hæresi, idololatriâ, & nefariâ defectione peccaret. Vid. Psalm. 89. 34. Ezech. 16. 60. Jerem. 2. 20. &c. *γ.* Testatur etiam clarè, se velle, ut fides hosti, hæretico, aut idololatræ data, servetur; uti ex allegatis infra exemplis constat. (2) *Jus Naturale*, cujus dictamen est, ut ne fides data frangatur. Fractâ enim fide, necessum est, violetur etiam veritas, fidelitas, & justitia. Nam *Veritas*, nos obligat, ut quod verbis promittimus, animo etiam candido promittamus, ne mentiamur; *Fidelitas* autem urget, ut factò præstemus, quod promisimus, ne perfidi simus; *Justitia* denique poscit suo jure, ut quod aliis paciscendo polliciti sumus, reipsâ impleamus, ne injusti habeamur. (3) *Jus Gentium*, quod fidem, auream illam catenam, quæ coelò demissa totam hominum societatem continet, nefariè rumpi vetat; fides enim justitiæ, & justitia reipublicæ fundamentum est. Violatâ ergò fide, infirmatisque pactis, necessum est corruere salutem humanæ societatis. (4) *Rationes manifestas*: nam *α.* si fidem hæretico & infideli datam frangere fas est, eandem dare nefas erit; si verò
fidem

fidem dare fas est, datam utique servari oportet. *Bodinus lib. 5. de republ. c. 6. β.* Si fides gentilibus data servanda est, utique etiam hæreticis servanda erit: sed gentilibus servanda est, & servata fuit: ergo hæreticis quoque servanda est. *γ.* Inter quos datur juris communio, inter eos contrahitur obligatio, *l. quod attinet 32. ff. de reg. jur. l. naturaliter 13. ff. de condict. in deb.* Sed inter hæreticos & orthodoxos datur juris communio: ergo quoque inter eos contrahitur obligatio: & per consequens data fides mutuo servanda est. (5) *Exempla servatae fidei*, ad sequendum eis proposita. Patriarchæ foedera & pacta cum gentibus & idolatri inita sanctè servarunt, *Abrahamus Gen. 14. 13. & 21. 32. Isaacus c. 26. 31. Jacobus c. 31. 44.* Reges & Principes populi DEI itidem fidem datam fideliter servarunt, *Josua*, qui etiam gentes exitio devotas, propter fidem datam, extirpare noluit, *Jos. 9. 19. David & Salomon 2. Sam. 5. 11. 1. Reg. 5. 12. Judas Maccabeus, Jonathan, Simon, 1. Macc. 8. 20. & 14. 18, 25.* (6) *Pœnas fractæ fidei*, ad vitandam perfidiam in historia sacra & profanâ aliis propositas: *Simeon & Levi* malè audiunt ob fidem fractam *Gen. 49. 5. Saul* ob violatam Gibeonitis fidem sibi, familiæ, & regno grave malum accersit, *2. Sam. 21. 1, 6. Zedechias* ob fractam fidem Nabuchodonosori datam captivus abducitur *2. Par. 36. Ezech. 17. 19. Moabites* in prælio cadunt, *2. Reg. 3 v. 5, 24. Hoseas* bello capitur & abducitur *2. Reg. 17. 4. Antiochus* trucidatur *1. Macc. 6. 60. & 7. 2. Vladislaus* rex Hungariæ ob fractam Turcis fidem in prælio obruncatus est, vid. *Jovius in Amurathe, & Bonfinius l. 6 de reb. Ung. c. 3.* Plura exempla *Jac. Schultes* qu. an Princeps Catholicus datam hæretico fidem servare teneatur, num. 207. recenset. (7) *Defectum legis*, quæ fidem hæretico datam frangi permittat. Multæ equidem, tum decretis Pontificum, tum Romanorum Imperatorum, statuta sunt contra hæreticos pœnæ; sed nullo jure vel constitutione pœna hæc introducta est, quod fides ipsis data non servanda sit. Vid. *Tiberius Decianus lib. 5. tract. crim. c. 40. sqq. B. Gerbardus* in LL. Th. de Magistr. §. 209. & quos allegat, *Menochius Consil. 100. ac Prosper Farinaceus* in pract. crim. tit. de carcer. & carceratis q. 19. item *Rivetius* in explic. Decalog. p. 411.

XII. Habent tamen Pontificii, quod nobis objiciant, non quidem aliquid solidi, sed quò iniquitatem & malam causam, tanquam fuco, obducant. Nam dicunt (1) *DEum ipsum, de non ineundis fœderibus eum Cananais & similibus populis, gravissimas admonitiones dedisse,*
ob

ob evitanda inde mala & scandala, Deut. 7. 1-6. Exod. 23. 32. sq. & 34. 12-16. & aliis, qui foedera cum infidelibus & idololatriis inierunt, poenas minatum esse. 2. Par. 16. 2. 7. Respond. a. Verum est, has DEI monitiones in S. Literis extare sed solos Judæos etiam obligare. Nam DEUS septem populis, in idololatria persistentibus, & imperium ipsius ac Israëlitarum detrectantibus, parcere seve prohibuit, Deut. 7. 1. & 31. 3. quibus itidem divino decreto additi sunt *Amalekitæ*, Deut. 25. 17-19. delendi sub coelo, & *Ammonitæ* ac *Moabitæ*, quorum neque pacem neque bonum unquam quærere Israëlita debuerunt, Deut. 23. 3-6. β. Verum quoque est, gravissimarum interminationum fulmina DEUM justissimum in foedera, cum infidelibus & idololatricis gentibus inita, evibrasse; sed causa harum interminationum Divinarum, non ex ipsa foederum natura, sed singularibus vitiis & qualitatibus personarum foedus contrahentium dependent. Jam enim plus fiducia ponebatur in foedere, quam in DEO, ob quam fiduciam in homines Afa reprehenditur, 2. Par. 16. 2, 7 jam in causa injusta confœderatorum pugnabatur, Jesai 3. 2, 7. jam idololatria & alia vitia infidelium confœderatorum imbibebantur 1. Reg. 16. 31. sq. & 20. 34. sq. Jes. 5. 18. jam non tam publicum, quam privatum commodum in foederibus infidelium spectabatur, 1. Reg. 23. 12. γ. In foederibus pangendis fines spectandi sunt, & cum infidelibus atque hæreticis non, nisi conditionibus & cautelis observatis, iniri possunt. Non enim licet talia inire, si illi veræ religionis homines aggredi aut impetere volunt, nostrò auxiliò; *vel* si tale foedus sancitur, è quò veræ religioni ullum metuumendum est, aut periculum, aut præjudicium; *vel* si Reipublicæ nostræ incolumitatem tali foederi superstruimus, quasi absque illo ruina ejusdem metuenda esset; huic enim maledictio denunciatur, Jerem. 17. 5. Ubi autem hi casus non dantur, ibi foedera non tantum licitè incuntur, sed fides data quoque servanda est, juxta monita Spiritus S. Rom. 12. 8. Hebr. 12. 14. Eph. 4. 25. (2) *In malè juratis & promissis fidem esse rescindendam.* Respond. a. Non negamus, casus dari, in quibus promissa vel jurata scindenda sint: nam & in S. literis exempla habemus, ubi malè jurata retractata sunt, 1. Sam. 25. 22, 23. 1. Reg. 1. 9. nihil enim, quod DEO adversum est, obligare potest. Sed ad hos casus, *fides hæreticis data*, nec referri potest, nec trahi debet, cum hîc longè aliter se res habeat, uti ex § præced. constat. β. Si fides rescindi potest vel debet, malè juratur ac promittitur, adeoque nulla talis promissio danda est. Nec
refer-

reservationes mentales & equivocationes, quas Jesuitæ veritatis occultandæ causa fieri posse defendunt, hic ullum locum habent; siquidem illæ *formaliter & materialiter* perfecta mendacia sunt, ex intentione fallendi profecta; non enim tantum falsum dicunt, sed etiam norunt, quod falsum est. Aut igitur danda non est fides, aut si detur, servanda etiam hæreticis. Nam & hi sunt homines, quibus falso illudere testimonio non magis licet, quam religiosissimis. Justæ actionis norma lex est, non hæc vel illa hominis conditio. γ . Gentiles de fide data longè aliter sentiunt. *Nemo est*, exclamat Cicero, *qui non hanc affectionem animi probet atq; laudet, quâ non modò utilitas nulla quaritur, sed contra utilitatem etiam conservatur fides.* Apud Tacitum Germanicus l. 1. annal. inquit: *Se moriturum potius, quam fidem exueret.* Consules apud Livium l. 3. *Famæ & fidei damna, inquit, majora sunt, quam que estimari possint.* Pudefiunt ab his infidi Christiani, qui de fide servanda clarum præceptum habent, Lev. 19. 11, 21. Psalm. 15. 1-4. Eph. 4. 25. Conf. Grotius lib. 2. de J. B. & P. c. 11. & 16.

XIII. Erratum doctrinæ (II) *Peccatum vite* sequitur, dum per errorem, qui pro veritate recipitur, animus obfirmatur, & praxi exercetur, quod creditur. Confirmant exempla in eodem Concilio Constantiensi, de quò *Johan. Sleidani*, candidi illius Historici, in Commentar. de statu relig. & reipubl. lib. 3. p. m. 59. verba adducemus: *Ab hoc (Cæsare) sollicitatus Joannes Pontifex, concilium indicit Constantiense: Sigismundus verò, Wenceslai frater, Joan. Hussum eò vocat, & missis literis Octobr. mense, anno salutis M CCCC XIV. publicâ fide cavet. Itaq; comitatus nonnullis ex nobilitate, qui deducerent, Constantiam venit Hussus, Novemb. die tertio, tribus verò post hebdomadis, cum ad colloquium privatam Pontificis & Cardinalium venisset, captivus detinetur. Aberat tum fortè Sigismundus, & certior factus, graviter tulit, eoq; venit: sed cum Pontificii dicerent, non esse fidem servandam hæreticis; non modò remisit offensionem, licet Bohemi frequenter intercederent, & fidem servari peterent, sed etiam primus omnium acerbè in eum pronunciavit. Sextâ demùm Julii die sequentis anni, Synodus illum, ut hæreticum & seditiosum, damnat, libros etiam ab eò scriptos jubet exuri. Sic damnatus, ac Casari traditus, crematur: cineres verò dissipantur in profluentem Rhenum, ne quæ superessent ejus reliquæ.*

C

finiit

finiit ipſius auditor atq; diſcipulus Hieronymus Pragenſis. Erant hoc
 in concilio, præter Caſarem, multorum regum legati, tres electores
 imperii, Ludovicus Palatinus, Rudolphus Saxo, Fridericus Branden-
 burgicus, cæterorum verò Principum ingens numerus: Patriarchæ
 tres, Aquileienſis, Antiochenus, Conſtantinopolitanus, Cardinales vi-
 ginti octo, Epifcopi centum, quinquaginta quinque Theologi, & juris-
 periti complures, Itali, Germani, Galli, Britanni, Pannonii, Poloni.
 Damnata fuit etiam hæc Wiclevi doctrina, & factum decretum, ut
 illius corpus effoſſum, in Angliâ cremaretur. Sancitum præterea fuit,
 ut ſoli ſacrifici cœnam Domini percipiant integram, reliqui omnes
 unâ ſint contenti ſpecie, quod Huſſus impugnaverat. Lex quoq;
 lata, ne ſervetur fides hæreticis, aut ſuſpectis de hæreſi, licet fide
 publicâ Caſaris ad Synodum venerint, cognitionis cauſâ. Per multa
 in his verbis occurrunt, refutatione digna, ſed inter hæc, tanquam præ-
 cipuum, annotamus, integrum Concilium & errare poſſe, & in multis
 capitibus doctrinæ hoc erraſſe, & ſumma quoque capita errore ſuo, *de fide
 hæreticis non ſervandâ*, induxiſſe ac commoviſſe, (quid enim tot Patrum
 ſanctiſſimorum autoritas non valeret?) ut zelum in illis condemnandis
 & comburendis, poſthabitâ fide datâ, ante alios declarârint. Non ſatis
 erat Patribus in hoc concilio, ſententiam de fide non ſervandâ animo
 verſaſſe, & homines innocentes, vitæ ſanctitate conſpicuos, & in doctrinâ
 fidei puriores, in plenâ Synodo, nondum auditos & hæreſeos convictos,
 ad rogam condemnari: non ſatis erat, Confellores fidei orthodoxæ
 poteſtati ſeculari traditos, igne concremaſſe, adeoque exemplô, aliis in
 terrorem, promulgatam ſententiam confirmari: Sed inſuper lege totius
 Synodi, ac decreto quodam univerſali Catholicæ Eccleſiæ, hoc infame
 dogma proponendum erat, hæreticis fidem datam non eſſe ſervandam,
 nunquam antea in eccleſia unquam auditum, multominus cruento exem-
 plô capitalis ſupplicii hæreticis infligti confirmatum. Hoc Conſtantiene
 concilium primum eſt, quod non tantum in illa cruenta ſententiâ, de
 fide non ſervanda, & capitali ſupplicio hæreticis infligendo primas lineas
 duxit, ſed quoque eandem tyrannicæ effectum, magno tamen cum ſui de-
 decore, in Johanne Huſſo & Hieronymo Pragenſi, executum fuit. Eat
 nunc Molanus cum aliis, & ſcribat tract. 2. Theol. præct. mentiri hære-
 ticos, à Pontificiis Theologis doceri, hæreticis fidem ſervandam non eſſe.
 Nonne hoc Decretum Concilii Conſtantiensis loco omnium Theologo-
 rum

rum (quorum tamen nomina supra quoque indicavimus) illud sufficienter probat? quod Catholicam Ecclesiam repræsentat? *Binius* certè in hæc verba contrahit: *Decretum est à Synodò, non obligari Patres Concilii per saluum conductum à seculari potestate hæreticis concessum, eosq; pertinaciter in hæresi permanentes justo judicio puniendi potestatem habere.* Hic eventus quoque in Wormatiensi conventu *Luthero* accersito desiderabatur: quem non alium ob finem adversarii ejus vocatum illuc cupiebant, quam ut hæc occasione capi & occidi posset: id quod etiam proculdubio factum fuisset, nisi DEI providentia vigilasset, & Cæsaris atque Principum Germanicorum data fides obstitisset. Certè ex voluntate Pontificiorum sacerdotum, *Aleandri*, *Eccii*, & aliorum flabellorum, ita fieri debuisse, testimonia supra §.9. allegata satis probant. Sed & illud propositum occidendi, apud DEUM jam verum homicidium fuit, qui facta ex affectu æstimat. Non autem martyr opere & voluntate, uti duo memorati viri, quod quidem optavit, sicuti ipse alicubi testatur; sed voluntate tantum, uti *Johannes Evangelista*, (ita *Bernhardus* ferm. un. in natal. Innoc. col. 66. a. inter martyria distinguit,) testis puritatis doctrinæ Apostolicæ esse debuit, quò ad reformationem continuandam, & defendendam veritatem coelestem, DEUS uti, ceu salutari atque idoneo organò voluit. Id quod ipse *Hussus*, martyr veritatis constantissimus, etiam vaticinatus fuerat, in medijs flammis dicens: *Me jam anserem assatis* (Hus enim Bohemicè anserem sonat) *sed post C. annos cygnus veniet, qui aliquando melius vobis invitis canet, nec tamen eum assare poteritis.* Lutherus enim centesimò post anno reformationem incepit, & contra Papam scribere cœpit, atque non obstante ejus rabie, pacatè domi suum diem obiit. Ipse sibi applicat *Divinam Johan. Husi vindicationem*. T. I. Isleb. f. 3. T. I. Altenb. p. 151. a. Vid. *Hussus* in Opp. Norib. ed. *Job. Stumpsius* in Chron. Helvet. *Wolffius* T. 2. Lect. Memor. Cent. 16 p. 863. *Phil Mornæus* in myster. Iniquit. f. 536. *Matthesius* conc. 1. de Luth. p. 4. c. 14 p. 198. *Gerhardus* Conf. Cath. l. 1. p. 1 c. 5.

XIV. *Voluntas* hæc & propensio *Cleri Pontificii*, erga dissentientes & religioni diversæ addictos, eadem semper & constans à lata lege Constantiensi permansit, quod vel ex ipsis *salvis conductibus*, sive *litteris publica fidei ac securitatis*, luculenter apparet. Nam quamvis *Concilium Basileense*, quod post *Constantiense* a. 1418. finitum, anno 1431. incepit, & usque ad a. 1449. duravit, *Bohemis*, qui ob combustos suo

Doctores valdè exacerbatì erant, scriberet, ut legatos mitterent, qui fidei suæ rationem ostendant, & securitatem itineris, & dicendi, quæ vellent, libertatem promitteret, & literas in optimâ formâ quoque daret; attamen, cum juxta sententiam Constantiensem velint, fidem hæreticis datam servandam non esse, & securitatem solenniter promissam illis præstare nolint, liquet hinc, quantum fidei illis habendum sit, vel haberi potuerit. Unde legatio illa Bohemorum Basileam missa 300. equitum fuit, cujus principes fuerunt *Guilielmus Costa, Procopius, Jobannes Rochezena* &c. quorum plures factâ conventionem non contenti, Romanam ecclesiam damnare perseverarunt. Sed & Pontificii pœnitentiâ ducti, non amplius eâ formâ *salvum conductum* cuiquam diversæ religionis dederunt, uti ex historia *Concilii Tridentini* constat. Etenim (ut Petrus Suavis Polanus refert lib. 4. pag. 310.) Protestantibus *forma quoq; fidei publica visa ipsis admodum captiosa, quandoquidem tam in Decreto quò conceditur, quàm in ipsis Salvi Conductus verbis clausula reservata inseritur, quantum ad ipsam Synodum spectat. Neminem enim ab alio deponere, nisi quod ad ipsum spectet concedere: itaq; affectam istam in clausulâ hac exprimenda iterandaq; diligentiam indicio esse: excogitatam jam rationem, qua & fidem datam violare, & alienum nomen culpe prætexere valeant. Neq; dubitare se, hic oculos & mentem habuisse Synodum, quomodo Pontifici januam relinquerent apertam, per quam suâ Conciliiq; dignitate incolumi, id operari possit, quod utriq; bono sic cessurum. Tum illud de deputatione certorum judicum, pro delictis admissis & admittendis decipula quoddam genus esse incautis illaqueandis. Ipsos deniq; Grammaticastros Salvi Conductus structuram irridere, in quâ inter verbum principale & nominativum suum in principio sententiæ positum, dictiones plus minus CL. intercurrant. Visum certè Protestantibus de communi assensu, huic fidei nequaquam fidere, aut se committere, sed cautionem ejusdem modi, qualis à Concilio Basileensi Bohemis fuerat concessa, eodemq; prorsus verborum tenore exposcere. Quam si impetrassent, tum controversias omnes S. Scriptura judice arbitrandas. Sin minus, esse cur apud Casarem excusatiores esse debeant. Idem testatur Historicus, quod Oratores quidem Wirtembergici Theologis Principis sui ejusmodi fidem publicam petierint, qualis Bohemis in Concilio Basileensi concessa fuerit, p. 325. similiter, quod Legati Electoris Saxoniae*

MAU-

Mauritii præsentiam Theologorum Lutheranorum promiserint, si ipsis fide publica, ad formulam decreti Basileensis caveatur; attamen neutri id obtinuerint. Nam (ut scribit P. Sv. P. p. 329.) alterâ parte legatus & Nuncii planè recusabant immutare formulam Salvi Conductus, dicentes, conjunctum cum magna Synodi indignitate, quæ Ecclesiam universalem representet, ut quatuor Sectarii ejus fidei sese credere addubitent: aut Decretorum, quæ maturo judicio sancita essent, progressum sistere, quod parum subesset spei de iis in rectam viam reducendis, qui ejusmodi afferrent postulata. Nam ut publicè audiantur, si quidem ita promissum fuerit, æquum esse stare promissis; sed quando missi sint ad id Concilium, in quo legatum & Nuncios Apostolicos presidere non ignorent, Præsides prius agnoscendos, quàm ut possint admitti: idq; speciali Pontificis mandato imperatum in adventu Wirtembergicorum. Patres hinc convocati in congregatione deliberarunt, p. 330. At de Salvo conductu consultatio majoris fuit operæ non propter rationem solam allatam per Legatum, sed multo magis, quia invisum erat Patribus ipsum Concilii Basileensis nomen, & odiosum illius auctoritatem sequi; &, quod caput erat, quia existimabant illis temporibus quedam posse quadrare, quæ his parum convenient: neq; Bohemorum doctrinam Ecclesiæ Romanæ adeò contrariam, quàm ut Protestantum. His nihilominus oppositis rationibus factum non est, quin auctoritas trium Electorum, ac Cardinalis Madrucii, simul opera ab Oratoribus Cæsaris posita, apud Patres plurimum potuerit. Breviariò post fidei publicæ per Oratores Cæsareos procuratò, & cum Protestantibus communicatò: Protestantes (scribit idem p. 331.) conspectâ Cautionis formulâ, eâ contenti non erant, quod à Basileensi multis locis dissideret, in quâ Bohemis quatuor præterea concessa fuere: 1. Ut decidendi quoque facultatem habeant. 2. ut in omni controversia loco Judicis sint S. Scriptura, veteris Ecclesiæ praxis, Concilia, & interpretes cum Scriptura consentientes. 3. ut ipsis domi liceat religionis suæ exercitio uti. 4. nequid in ipsorum doctrinæ contemptum aut vituperationem fiat. E quibus secundum caput erat longè diversum à formula ipsis tradita, reliqua autem omninò fuerant omissa. Suspectum id quoq; Protestantibus, quod Concilium nomine Pontificis, & Cardinalium nullam cautionem spondebat, sicut in Basileensi; sed de hoc placuit nullam movere controversiam; tantùm postulare, ut quatuor illa

illa capita omiffa infererentur. Itaq; ad Caesaris Oratores reversi, aperte profitentur, se formulam illam à Basileensi diversam, accipere non posse, nisi mandati fines velint excedere. Ibi Toletanus stomachari cœpit, quod eo non essent contenti, quod non nisi immenso suo sociorumq; labore esset procuratum, caput esse, ut tutus itus sit ac reditus: cœtera ad agendi modum pertinere, quæ presentibus Theologis longè melius possent constitui. morosum esse, nihil quicquam aliis velle concedere, sed leges universe Ecclesie velle præscribere. Sed cum ne sic quidem Protestantes dimoverentur de sententia, Oratores rem ad Patres referendam censent, & ab alteris schedulam cautionis, unà cum iis, quæ addi desiderabant, accipiunt. Legatus & cæteri Præsides, conspectâ Protestantum in postulatis suis obstinatione, Oratoribus Caesaris ostendunt, quàm essent à justo & æquo abhorrentia. Nusquam enim in Cautionis Basileensis formula reperiri, concessam Bohemis vocem in Concilio decisivam. Deinde in sua cautione dici, Scripturam, Ecclesie praxin, Concilia & Doctores Scripturis subnixos esse iudices, etiamsi verbis paulum discrepantibus. Praxin enim Ecclesie comprehendendi nomine Traditionis Apostolicae, & cum nominantur Sancti Patres, designari eos, qui Scripturae fundamento nituntur, neq; aliud agnoscant. Tertium autem de domestico religionis suæ exercitio non negatur iis, modò clam fiat, & absq; offendiculo. Prohibetur deniq; , ne quid fiat in ipsorum vituperium verbis expressis, cum promittitur nullo modo violandos. Manifestum itaq; esse, cavillari eos, & tergiversari, qui tam immeritò conquerantur. Quando igitur sperandum non sit posse iis satisfieri, hoc solum restare, ut Salvus iis Conductus detur juxta schedula formam, atq; ipsorum arbitrio permittatur, an eo uti velint, nec ne. Respondet Comes Montfortus, nihil præstari posse religionis causæ, & quieti publicæ conducibilius, quàm si pretextus omnes, & tergiversandi occasiones ipsis adimantur, quò sint apud omnes deinceps inexcusabiles. quando ergò cautio hæc à Basileensi substantia non differat, ad os ipsis in omne tempus obturandum, Basileensem formulam verbatim exscribendam, mutatis tantùm personarum, locorum, ac temporum nominibus. Præsides hóc responso subtili ac adeò stringente icli obmutuerunt, donec Legatus recolligens sese, censet rem ad Patres in congregatione referendam &c. -- His & hujusmodi rationibus prope omnibus persuasum,

sum, schedulam cautionis non immutare, bonâ spe fretis, Protestantes, utcumq; cause sue commoda sectarentur, re tamen semel peractâ facile conquieturos. Introducti in conventum Legati Mauriti Electoris Saxoniae causam inter alia edisserunt, cur Theologi Lutherani confessionem fidei suæ ad confesum non detulerint. Id quo minus effectum dederint (scribit idem p. 333.) Constantiensis Concilii decreto fieri, quò statutum, hæreticis & suspectis hæreseos fidem non servandam, etsi Imperatoris, Regis, aut Principis cujusvis cautione interpositâ, datam. Simul exemplo Bobemorum, qui Basileam proficisci abnuebant, ni- & Concilium ipsis idoneè cavisset. Postulare itaq; Electorem, ut non absimili cautione, Theologis suis, & Consiliariis, eorumq; comitatu prospiciatur. Ante paucos dies exhibitam illi quandam Salvi Conductus formulam, sed quod à Basileensi admodum discreparet, periculosa alea visum huic sese committere; præsertim cum ex nonnullis decretis Tridentinis hætenus excusis appareat, pro hæreticis & schismaticis pronunciari, qui neq; vocati eò sint, nec auditi. Principem ergò petere suis cautionem ad formam Basileensis, alioqui suos excusatos cupere. Verùm, cum Patres ad consultandum convenirent, nihil immutandum in cautionis publicæ formulâ statuerunt, causis etiam apposis, cur Protestantibus eâ non satisfacerent. Cumque (teste eodem Histor. p. 334.) relatum esset ad Patres, an ad eam formulam adjungendum porrò esset, quod expetebatur, absq; controversiâ omnes in eam iverunt sententiam, nihil aliud addendum: alioqui, neq; disceptationes inenodabiles, neq; præjudicia inevitabilia Synodum effugere posse. Sed satis hac de re: cuius enim cordato non occultum est, cur S. C. desiderata capita non inserta sint, neque Albertus Pigbius tacere potuit, qui propterea Concilia & Basileense & Constantiense rejecit, quod pernicioso exemplo sibi ecclesiasticæ hierarchiæ præsidem subjecerint, quem vid. lib. 6. Hier. Eccles. c. 2. f. 213. 6. Decretum tamen nihilominus in Synodo Tridentinâ d. 26. Febr. in sess. 18. sub Pio IV. à Patribus factum est, de omnibus ad

D

con-

concilium fide publica invitandis hoc tenore, lib. 6. p. 436. Et quoniam eadem Synodus Ecclesie pacem animitus optat, ut communem in terris matrem universi agnoscant; omnes, qui secum communionem non habent, ad reconciliationem & concordiam, adque ut ad Synodum veniant, invitare; omnibus charitatis officiis eos uti invitare, ita complecti paratam. Insuper decernere, fidem publicam in Congregatione generali concedi posse ejusdemque roboris ac momenti futuram, ac si in publica sessione data & decreta fuisset. De quo decreto varia hominum censura & judicia, in quibus recensendis ita pergit ibid. pag. 436. sq. Ad hæc in Germania suspicione id non vacabat, quod Synodus in sessione sibi ipsi facultatem concedit fidem publicam interponendi in Congregatione generali; cum Germani quid discriminis esset inter ista non satis perciperent, iisdem personis in utroque conventu congregatis: nisi forte, quod in sessionibus mitrati, in congregationibus pileati conveniant. Quod si eo tempore diploma commeatus expediri non poterat, ecquid vetabat sessionem ex composito ea gratia indici? Postremo sub hoc involucro magnum aliquod arcanum latere plerique putabant; etsi prudentioribus firmiter credentibus Synodo esse persuasum, neminem è Protestantibus cujuscunque commeatus pretextu Tridentum iturum, nisi per vim eo impellatur sicuti factum A. M. D. LII. Caroli Cesaris obstinatione, à qua re nunc non sit metuendum. Ad ea, quæ ab Legatis significata, rescripsit Pontifex, sibi non placere, ut hæretici facta promissione venie ad pœnitentiam invitentur. Id enim semel à Julio, & iterum à Paulo IV. tentatum parum feliciter cessisse. -- Deinde de salvo conductu probabat commeatum dari omnibus, qui inquisitione non premerentur: sed cavendum, ne hæc exceptio exprimatur. Julium enim Pontificem, quando præteritorum veniam largitus est omnibus Hispanica ac lusitanica inquisitioni minimè obnoxii sermonibus hominum ansam dedisse, de auctoritate Pontificiâ aliquid delibantium, quasi Pontifici non idem juris in eas inquisitiones esset, atque in ceteras. Modum verò fidei interponenda synodi arbitratui permisit. Et laudabat formam, quæ in synodo adhibita in Germano-

rum gratiam A. M. D. LII. quia jam semel visa & approbata: & quia ejus interpositu tot Protestantes eo anno profectioem Tridentum non detrectarunt. Hoc accepto à Pontifice responso 2. ac 3. Martii habitæ fuere Congregationes ad statuendum de venia in universum pœnitentibus, & salvo conductu Tridentum venire volentibus concedendo, deq; utriusque forma. -- Difficultatibus tandem superatis formatum decretum, tribus constans partibus. Quarum prima Germanicæ nationi cavetur eadem forma verbatim, quæ A. M. D. LII. Secunda, synodus dat fidem publicam eadem forma, & eisdem verbis, quibus datur Germanis, omnibus & singulis, qui secum in iis, quæ sunt fidei, communionem non habent, ex quibuscunque regnis nationibus, provinciis, civitatibus, ac locis, in quibus publice prædicatur, docetur, sive creditur contrarium ejus, quod Romana credit Ecclesia. Tertia, synodus profitetur, utrumque in illa fidei publicæ ad alias Nationes extensione omnes comprehendendi non videantur (quod ob certas quasdam rationes est factum) existimandum tamen non esse, ab ea cautione excludi cujusvis nationis homines, qui pœnitentia ducti ad Ecclesiæ gremium redire voluerint. Id testatum omnibus velle. Sed quoniam de forma istiusmodi commeatus iterum atque iterum sit deliberandum synodum censere, accuratationem de ea consultationem in aliud tempus differendam; in præsens verò sufficere, ut eorum securitati prospiciatur, qui Ecclesiæ doctrinam publicâ professione repudiarunt. Decretum hoc continuo prælo commissum omnibus innotuit: & simul apparuit, synodum de fide promissorum implenda non valde laborare. Ubi enim de forma salvi conductus iis, qui tertii essent generis, Patres se cogitaturos se receperant, tantum absuit, ut in eam curam iucubuerint, ut contra in excludendis Concilii Decretis in unum corpus redactis, eam partem plane omiserint: relicta scilicet hominibus materia inquirendi, quo factum, ut Patres postquam se illorum quoque securitati consulturos, promississent & se id omnibus testatum velle, etiam typis evulgassent, id tamen non modò re præstiterint, sed consilium quoque suum, quod ut omnibus patesceret, modo satagebant, omni mox arte dissimulari tegique procur-

D 2

rarins.

varint. Hæc bono animo ex laudato Historico, de S. C. Trid. consultationibus apponere non gravatus sum, ut fides inde Itolorum cuilibet appareat.

§. XV. Adducendus IV. LUTHERUS ipse est, Wormatiam evocatus, atque salvo conductu Imperatoris communitus. In eò observamus (1) *Usus mediolorum legitimus*, quibus opus est in periculis vel declinandis, vel propulsiendis, recte fuisse adhibitum. Etenim impetrato per Electorem Saxoniam ab Imperatore salvo conductu, tantum abest, ut hunc repudiaverit, ut potius eò, tanquam certo gratia Cæsareæ documentò usus sit, non ignarus, ubi vis hostes sibi insidias & pericula struere. Temeritas est, sese sponte periculis objicere, & adversitatibus, quarum eventum nescias, sese involvere: id quod Petrus Apostolus, magno cum dolore, expertus est, Matt. 26. 58. Hinc illud Siraicidis monitum, Christianis probè attendendum: *Qui periculum amat, peribit in illò*, c. 3. v. 27. Sanè Luthero processus in deliberationibus Wormatiensibus conclusus, & cum eo instituendus, ab ipso jam memoratus fuerat, quem vide sis Tom. I. Jen. f. 432. T. I. A. 651. itaque incertus de successu atque eventu futuro, literas securitatis & fidei publicæ desideravit. Idem de eo refert Elector Sax. Fridericus respons. ad Leonem X. Papam T. I. J. 101. T. I. A. 114. Gleichwol/ wie ich höre/ hat sich D. Martinus allezeit erboten/ so er mit gnugsamer Versicherung und freyem Geleit/ für aller Gewalt versichert würde/ wolte er für frommen/unparteyischen/unverdächtigen/gelahrten und Christlichen Richtern gehorsamlich erscheinen/ seine Lehre selbst vertheidigen/ und/ so er bessers und heiligers berichtet würde aus Göttlicher Schrift/ sich weisen lassen und folgen. Sic cum Lutherus absque salvo conductu Augustam venisset, non tamen ibidem, quicquid etiam *Urbanus* Orator Legati P. de securitate dixisset, sine S. C. coram *Cajetano* Card. comparere voluit, svadentibus id amicis & Senatoribus,

fibus, qui Italis non fidendum esse dictitabant. vid. T. 1.
 Jen. 109. T. 1. A. 121. T. 1. Isleb. f. 2. T. 1. A. 150. Obs. (2) *Prec-*
ces ardentissimas, tum in itinere, tum Wormatiæ ad Deum
 fufas, quibus magis confusus est, quàm literis securitatis.
 Inter alia enim cum Deo suo ita collocutus est. T. 1. A. 726.
 T. 1. Isl. 42. Wenn ich auch meine Augen dahin wenden
 sol/ so ist's mit mir aus/ die Glocke ist schon gegossen/ und
 das Urthel gefället / ach GOTT / ach GOTT / O du mein
 GOTT/ du mein GOTT/ stehe du mir bey/ wider aller Welt
 Vernunft und Weisheit / thue du es / du must es thun
 du allein / ist es doch nicht mein / sondern deine Sache /
 hab ich doch für meine Person alhier nichts zuschaffen / und
 mit diesen grossen Herren der Welt zuthun / wolt ich doch
 auch wol gute geruhige Tage haben und unverworren seyn.
 Aber dein ist die Sache / die gerecht und ewig ist / stehe mir
 bey / du treuer ewiger GOTT / ich verlasse mich auf keinen
 Menschen. Es ist umsonst und vergebens / es hincet al-
 les / was fleischlich ist / und nach Fleisch schmeckt --- Kom/
 Kom / ich ich bin bereit / auch mein Leben darum zu lassen /
 geduldig wie ein Lämlein. Denn gerecht ist die Sache /
 und dein / so wil ich mich von dir nicht absondern ewiglich.
 Das sey beschlossen in deinem Namen &c. Sanè gratia
 Dei his precibus impetrata, verum ipsi salvum conductum
 in periculis vitæ (ubi & deliberationes *de fide rescindendâ*
erant habitæ, & combustio per Caracciolum sollicitata, re-
ferente Luthero T. 1. A. 734., 735.) præstitit. obs. (3) Animositatem
& fiduciam in Deo firmissimam, quâ præsentia & futu-
 ra pericula Heros ille superavit. Ipse in precibus ante ad-
 ductis satis id indicat, & narrat etiam T. 1. Isl. f. 3. T. 1. A.
 p. 150. sq. cum augustæ in magnis periculis versaretur, &
 Cajetanus, obstante licet S. conductu, ipsum libens ca-
 ptivum Papæ misisset. Cum verò Wormatiam peteret, &
 propius jam accederet, perciperetque, se præjudicio jam es-
 se damnatum, & in summo futurum discrimine, & multi

ipsum dehortarentur, illatâ mentione Joh. Hussi, contra S. C. combusti; magno quodam animi robore periculum omne contempsit, & terrorem hunc atque metum à Satana sibi dicebat adferri, qui confessione veritatis, & quidem loco tam illustri, regnum suum labefactari videat: referente Sleidanô lib. 3. p. 53. In actis Wormat. cum Luthero h. m. narratur T. 1. J. 441. T. 1. A. 719. Aber viel/ beyde der Widerwertigen und anderer / hätten sich seines Ankunfts gar nicht versehen/ denn wiewol er durch den Kaiserlichen Ehrenhold mit einem öffentlichen Geleite erfordert war / doch weil für wenig Tagen zuvor/ ehe er ankam/ seine Bücher durch öffentliche / angeschlagene mandat, verdammt waren / meinete niemand/ daß er / als der bereit zuvor durch solch unzeitig Urtheil verdammt / kommen würde. Und da ihm zu Oppenheim/ da er solches am ersten erfuhr/ von vielen seinen Freunden gerathen ward / er solte sich selbst nicht in gefahr begeben/ weil er sehe/ daß dieser Sache Anfang/ wider das gegebene Geleite / sich so übel anliesse / gab er ihnen mit grosser Freudigkeit diese Antwort: Wolan/ weil ich erfodert und beruffen bin/ so habe ich bey mir gewiß beschlossen / hinein zuziehen / im Namen des H. Ern. Jesu Christi/ wenn ich gleich wüßte / daß so viel Teuffel darinnen wären/ als Ziegel auf allen Dächern sind. Nec silentio involvere potuit tantam Viri animositatem Petrus suavis Polanus, qui in histor. Concil. Trid. lib. 1. p. 12. Non deerant, inquit, ex amicis, qui profectioem dehortarentur, damnatione sua per Pontificem jam publicata, & templorum valvis affixâ: præter cujus confirmationem, nisi siquid gravius accideret, frustra quidquam esset sperandum. Quorum ille opinione rejecta, magno animo respondit, esse sibi decretissimum eò proficisci, licet contra se tot insurrecturi essent demones, quod in tectis adium illius oppidi cernerentur tegula. Plura vide ap. ipsum Lutherum, quæ ad Cranachium scripsit T. 1. A. 731. & ad mensam aliis narravit A. 1546. T. 1. A. p. 733. & 729. T. 1. J. 441. T. 2. J. f. 79. Ita

LH.

Lutherus Deo Duce & Comite confidentissimè progressus, ad 16. April. diem WORMATIAM venit, & postridie Fer. 4. coram Imperatore, Electoribus, & Statibus Imperii comparuit, & doctrinam suam constanter asseruit. Vid. cit. U. & P. *Sua-*

vem p. 13. XVI. Non possum non hic meminisse, *ὡς ἐν παρoδῶ*, Divi *Athanasii*, cujus magnum in veteri Ecclesia nomen fuit, ad cujus exemplum Lutherus ad imperatorem ipsum, velut ad aram præsidiumq; legum, confugisse dicitur: *V. Sleidan.* lib. 2. p. 39. Magna & varia hujus quoq; viri fuerunt pericula atq;ve exilia, quæ pro fide Catholica, sub quatuor imperatoribus, Constantino M., Constantio, Juliano, & Valente, fortiter sustinuit. Nam vix electus in Episcopum Alexandria, cum sese Arianis, velut fidei Nicænæ murum, opponeret, apud imperatorem ab his accusatus est, quasi is unus sit, qui pacem Ecclesiæ publicam turbet; mox variorum criminum, quæ tamen semper diluta, reus peractus; & cum in Synodo Tyri à Constantino M. congregatâ, ubi Eusebii Nicomed. præcipuæ partes erant, damnaretur, & finis accusationum nullus esset, ab imperatore in Gallias amandatus est, ex quibus postquam annos 2. & menses 4. exulasset, ille ad Alexandrinos, Cæsareo diplomate communitus, trium Augustorum auspiciis d. 17. Jun. an. 338. latus rediit. *Constantinus* enim M. moriturus exilium abrogavit, & tribus filiis, (*Constantino, Constantio, & Constanti*, omnibus Cæsaribus, *Euseb.* l. 4. de vit. Const. c. 40.) injunxit, ut eundem in pristinam dignitatem restituerent, *Theodoret.* l. 3. c. 2. *Cassiodor.* l. 4. c. 2. f. 48. *Nicephor.* l. 9. c. 3. Diploma, quo *Constantinus* Junior ad Alexandrinos misit & restituit, videre est apud *Theodoret.* l. 2. c. 1. ubi causa relegationis hæc affertur, *ne per nefariam improborum quorundam perversitatem vulnera planè insanabilia sustinere coactus fuisset.* Cæsareo hoc diplomate fretus *Athanasius* Alexandriam venit, & à populo Alexandrino animis lu-

lubentissimis receptus est. *Socrat.* lib. 2. c. 2. Ipse Athanasius illud diploma pro se allegat in Apolog. 2. T. I. f. 779. conf. *Sozomen.* l. 3. c. 2. *Socrat.* c. l. *Theodoret.* l. 2. c. 2. *Cassiod.* l. 4. c. 3. *Nicephor.* l. 9. c. 3. Athanasio vix restitutō, Arriani ipsius restitutionem absq; Synodali decreto causati, de integro suas machinas admovent ad eum oppugnandum, & novis calumniis apud imperatorem & Julium Episc. Rom. impetunt, ita ut *Constantius*, perceptis istis criminationib9, Athanasio vehementer iratus, mortem ei minitaretur: intellectis ergō infidiis, clam se subduxit, & rectā in occidentem contendit. *Theodoret.* l. 2. c. 4. *Cassiodor.* l. 4. c. 5. *Nicephor.* l. 9. c. 9. *Nauclet.* Vol. 2. Chron. gener. 22. f. 509. Quia a Catholicis in Ægypto Episcopi, resciscentes Eusebianorum criminationes, quibus Athanasium apud Julium onerabant, Alexandria convenerunt an. 339. & pro ipso sententiam dixerunt, & *Julio* miserunt, teste Athanas. Apol. 2. T. I. f. 722. seqq. ubi literas prolixas allegat; ipse quoque citatus in Concilio à *Julio* an. 340. instituto maturè se stitit, ubi contra Eusebianos & pro Athanasio pronunciatum est; & Athanasius quidem literis Julii P. instructus Alexandriam rediit; sed novis calumniis impetitus, fugere tertium, in Oriente oberrare, & tandem in subterraneo quodam loco seu puteo latitare coactus est. Posteaquam verò Oriente deserto ad *Constantem*, qui fratre Constantino interfecto solus in Occidente regnabat, pervenit, & se totum hujus patrocinio commisit, hic non tantum à fratre *Constantio* sibi dari postulavit, ut *Paulus* & *Athanasius* sedes suas reciperent; sed etiam utriusq; consensu Synodus an. 347. Sardibus congregata est, in quā Athanasius restitutus, & Gregorius in sedem Alexandrinam vi militari intrusus, tanquam Pseudepiscopus depositus est. *V. Athanas.* Apol. 2. T. I. f. 756. Epist. ad solit. vit. ag. f. 814. seqq. *Sozomen.* lib. 3. c. 9. lib. 4. c. 10. *Nicephor.* l. 9. c. 12. Epistola Concilii ad Ecclesiam Alexandr. pro Athanasio extant in apol.

2. T. I. f. 756. sq. atqve, ut decretis omnes ubiqve episcopi assentirentur, encyclicas ad eos dederunt, teste *Theodoret.* l. 2. c. 8. & Apolog. 2. T. I. f. 760. legationem quoq; misit ad Impp. *Constantium* & *Constantem*, quâ de vid. Ep. ad solit. vit. ag. T. 2. pag. 822. & *Theodoret.* l. 2. c. 8. Sed ne sic quidem Athanasius quieti datus, siquidem Arianistæ eodem 347. anno conventiculum Philippis contra Catholicos instituerunt, Athanasium & alios condemnarunt, ac valdè perniciosum schisma inter ecclesias orientales & occidentales excitarunt. Vid. *Sozom.* l. 3. c. 12. imò *Constantium* Imperatorem commoverunt, ut edicta fieri curaret, quibus portus & introitus civitatum observari juberentur, ne, quibus à Synodò Sardica concessum erat, reditus in ecclesias suas pateret: Simulq; diplomata ad judices Alexandr. de Athanasio & certis presbyteris impetrarunt: ut sive Athanasius, sive quispiam suorum, urbes, aut fines illos ingredi, deprehenderetur, capite id lueret. V. *Athanas.* ep. ad solit. T. 2. p. m. 821. *Magdeb.* Cent. 4. c. 3. f. 94. *Baron.* T. 3. an. Chr. n. i. c. 409. Verum legatis à Patribus Concilii Sardici ad *Constantium* Antiochiæ tunc Commorantem misit, qui jam Constanti rem omnem exposuerant, hic Salianum ducem adjunxit, tanquam Cæsareum Commissarium, & literas commendatitias; hōc autem ab Arianis incitatō, restitutionem Episcoporum morante, *Constans* Imperator, perceptis Antiochiæ gestis cum Orthodoxis, literis fratrem, severius urgere, & non solum commonefactionem, sed etiam interminationem addere, voluit. Epistolas, quas tum *Constans* ad fratrem, tum *Constantius* ad Athanasium iteratas, & Orientis civitates scripsit, infra, ne hīc filum historiæ abrumpam, seorsim in fine apponam. Restitutus ergō tandem fuit *Athanasius*; sed hæc pax non diu duravit. *Constante* enim à Magnentio occisō, & imperio ad unum *Constantium* devoluto, atrociora in *Athanasium* congesta sunt crimina. Dicebatur enim autor, fuisse inimicitiarum inter

E

fra-

fratres Imperatores, & assiduarum turbarum in Ægypto & Libya. Non igitur jam amplius mittebatur aliò, sed ad necem ipsam quærebatur. Sed DEUS in desertis Libyæ illum minimè desertum voluit. Pila fortunæ fuit Athanasius. Nam à *Juliano* Imperatore primum sedi suæ restitutus, postea ex eadem ejectus: Contrà, à *Valente* primum pulsus, postea Alexandriam revocatus fuit: atq; ita Doctor hic episcopatum suum 46. annorum, martyrio dicam an exilio? coronavit, mortuusq; est in bonâ, ut ait Nazianz. Senectute, annò Valentis septimò, Christi trecentesimo septuagesimo primo.

XVII. Sed ut V. *Contenta* salvi hujus conductus breviter exhibeam: (1) *Causa efficiens principalis* est CAROLUS V. Imperator Romanus, cujus virtutes & laudem debitam, supra paucis tetigimus. Hic in titulo observamus, inter regna hujus Cæsaris recenseri quoq; Hierosolymitanum, cujus Dominus hodie Turcarum Imperator est. Fiet tamen, Dei auspicio atq; auxilio, si Christiani Principes, fœdere pacis sanctissimo conjuncti, eo animò perrexerint, ut aliquando regna infidelibus subjecta, ad Christianos redeant, & regnum Christi augeant, id quod publicis etiam precibus à Deo corde devoto efflagitamus. (2) *Causa impulsiva* tum verbis Cæsareæ citationis, tum salvi Conducto generatim exprimitur: Wir --- bekennen / als wir aus beweglichen Ursachen **MARTIN LUTHERN** Augustiner Ordens her gen Wormbs erfodert; Sed Citatio speciatim causam exponit: nachdem wir und des Heil. Reichs Stände ist hie versamlet fürgenommen und entschlossen / der Lehren und Bücher halben / so ein Zeit her von dir Ausgegangen seyn / Erkundigung von dir zu empfangen. Ecce, quàm clarè ille Conventus Wormatiensis Politicus, non tamen Viris Ecclesiasticis destitutus, sibi recognitionem ac dijudicationem causæ Lutheri, merè ecclesiasticæ, sibi vendicat, atq; id suo jure, uti supra §. 6. demonstravimus. (3)

Can.

Causa cooperans quidem hic tacetur, non tamen incognita historicis, qui FRIDERICUM Electorem hujus S. C. ἐπιδοκῶντην faciunt, siquidem is Theologum suum audiri, & tutum ire ac redire, cupiebat, uti supra pluribus §. 8. dictum. (4) *Causa Instrumentalis* duplex est: (α) *Superior* quidem Archiepiscopus & Elector Moguntinus, ALBERTUS, Cardinalis, & Archicancellarius S. Rom. Imp. per Germaniam. Obtinet autem Archiepiscopus Moguntinus inter ecclesiasticos Electores primum locum, unde etiam collegii Electoralis Decanus dici meruit, & jus convocandi Electores habet, & perquirendi vota ex aliis. Et quia Archicancellariorum, *Trevirensis* & *Coloniensis*, potestas quodammodo expiravit, omnia, quæ ad Archivum Imperii pertinent, in solum Germaniæ Cancellarium collata sunt, qui etiam Acta Imperii publica, quæ in Comitibus, Deputationibus, Visitationibus, & aliis Conventibus peraguntur, ut & matriculam Imperii in sua aula habet. Ad hujus itaque officium pertinebat, tam citationem, quàm Salvum Conductum, nomine Cæsaris & statuum Imperii, perficere, quod etiam testatus est propriâ manus subscriptione. Fuit autem hic ALBERTUS, Marchio Brandenburgensis, *Johannis* M. Ciceronis Germanici filius, & *Joachimi* I. Electoris, Academiae Francof. Fundatoris frater, trigessimus sextus Elector Moguntinus, & Cardinalis, & Orator eximius, qui postea *Fridericum* Saxoniam Electorem *Ferdinando* I. Regi reconciliavit. (β) *Inferior* autem fuit *Nicolaus Ziegl* sive intimus Cæsaris Minister, sive in Conventibus Imperii constitutus Moguntini Elect. Notarius, qui itidem manu sua subscripsit. (5) *Materia in quâ* itidem duplex est. Nam (α) *Fecialem* misit imperator, *Casparum Sturmium* equitem, qui Lutherum adduceret & reduceret, & contra vim & injurias in viâ tutum præstaret. Fuit is Heraldus Cæsareus, cognomento *Germania*, Civis Oppenheimensis, vir optimus & pientissimus, qui in clade Sickingii fœderatis



Principibus adfuit, & relationem Germanicam de expugnatione arcium Sickingii & fœderatorum aliorum edidit. Cum Lutherum adduceret, commendatus est ab Elect. *Friederico* Præfecto & Senatui Wittenbergenfi, addito mandato, ut ipsi nullam paterentur molestiam exhiberi seu verbis seu factis; sed si opus foret, custodes adderent, & de honesto victu ei prospicerent. vid. Illust. Seckendorff. p. 151. 160. 269. (β) *Literæ publicæ securitatis* eidem conceditæ sunt, ut Luthero offerret, quæ hic Regiomonti in Bibliotheca *Wallenrodiana* asservantur, scriptæ in papyro, cum impresso sigillo Cæsareo in cerâ rubrâ, sed comminutâ. (α) *Forma* salvi conductus potissimum in sequentibus consistit: (α) *Autoritatis Cæsareæ indicatione*, ut scil. eò majorem vim habeat: Und thun das von Kayserslicher Macht / wissentlich. (β) *Literarum missione*, in Krafft des Briefs: atque earundem subscriptione manu propria, quæ in originali conspicitur. (γ) *Securitatis promissione*, daß wir ihm des halben unser und des heil. Reichs frengestrack / Sicherheit und Geleit wider männiglich gegeben und zugesaget haben. (δ) *Temporis determinatione*, daß er in 21. Tagen / den Nechsten nach Uberantwortung dis unsers Briefs her gen Wormbs kommen - und darnach von dannen bis wieder an sein sicher Gewarsam ziehen soll und mag / von uns und allermänniglichen unbeleidigt und unverbindert. (ε) *Mandati ad omnes Rom. Imp. status seriâ expressione*, und gebieten darauf allen Churfürsten &c. in was Würden / Stats oder Wesens die seyn / ernstlich mit diesem Brieff und Willen / daß sie solch unser und des Reichs Sicherheit und Geleit / an dem gedachten Martin Luther / stett und fest halten / ihm auch in seinem hin und wiederziehen / geleiten und geleitet zu werden verschaffen / und ihn dawieder nicht beleidigen noch bekamern / noch des iemands andern zuthun gestatten / in keine Weise. (ζ) *Gravis ira & poenarum denunciatione*, als lieb einem ieden sey / unser und des Reichs schwer

schwer Unghad und Straff zu vermeiden. (4) *Voluntatis seriatim repetitione*, das meinen wir ernstlich / mit uhrkund dieß Brieffs. (5) *Loci, anni, & diei additione*, ubi diversitas temporis, respectu regnorum, quæ per hereditatem & electionem contigerunt, annotatur, his verbis: geben - Wormbs am 6. Mart. nach Christi Geburt 521. des Röm. R. 2. der andern aller im 6. ubi etiam elogium Wormatiæ additur, quod sit urbs Imperialis. (7) *Effectus S. C.* hic est, quod Lutherus Wormatiæ mediis in periculis, quæ clam struebantur, clementer à Deo conservatus, & postquam ad palinodiam adigi nequiret, salvus & incolumis Wormatia d. 20. April. discessit; quali autem eventu §. 20. docebitur.

XVIII. At VI. VERBA antiqua quædam in hoc salvo conductu merentur observari. Nam (1) Dialectus valdè discrepat ab hodiernâ Cancellaria Cæsarea, quia tunc Lingvæ Germanicæ tanta non fuit cultura, quàm postea, adminiculante Luthero, qui & de nominibus German. tractatum scripsit, & in versione Bibliorum Germanica summam in lingvæ hujus indole indaganda, diligentiam adhibuit, infecuta est. Apparet autem dialectus ex vocibus *Wellen / Bellest / Zetun / herzekumen / Geleit / Uberantwortung / moneds / & similibus*, quæ Bavaris & finitimis est familiaris. Hodie non certa aliqua regionis vel Provinciæ dialectus in Comitibus, Cancellariis, judiciis, templis, literis, & scriptis, adhibetur, quia omnibus dialectis aliquid vitiosi inest; sed universalis illa per totum imperium & nationem Germanicam exulta & recepta, quæ *die Reichs Haupt-Sprache* appellant: uti Græcis lingua, nulla dialecto Attica, Dorica, Æolica, Jonicâ intermixta, & Latinis, cum scriberent, olim in usu fuit, & hodiernum in aula Regis Gallorum est, ipsis, *la langue de la cour* dicta. (2) Inter voces Germanicas, quæ hic singulares occurrunt, annotanda venit: (a.) *Freygestraff* / vox composita, ex *frey & gestraff* / denotans *eine freye Straffe*. Nam & *Straffe*

Strasse est à **strecken** / quia patet euntibus, & in longum se extendit; uti Latinis *platea* à *πλατὺς*, quasi *via latior*.
Strecken est *tendere, patere, pandere*: unde nomen die **Strecke** / significans quamvis extensionem, intervallum, interstitium, superficiem, & hinc **Wegestrecke** / viae longinquitas; **Landstrecke** / tractus regionis, & **Freygestreck** / vel **Freystrasse** / item **Heerstrasse** / **Landstrasse** / **Reichsstrasse** / **Fahrstrasse** &c. (β) **Gewahrsam** & **Gewahrsamkeit** / Latinis *securitas, custodia, munimentum*, in sein **Gewahrsam bringen** / est idem, quod in manus tradere, praesentem & incolumem sistere. Est à **Wär** vel **Wahr** i. e. claustrum, septum, hinc derivatum **Wahrung** / **gewahr** / **Gewahrschafft** / **Wahren** / **gewahren** / **Gewähr** / & composita, **Schutzwar** / **Wasserwahr** / item **Wahrding** *custodia*, & *Gardingi* *custodes judiciorum*, & *gvarande*, quasi **Wårhand** / manus custodiens, nam Germ. *Garde* & *guardie* est **Wahrung** / unde **Leibgarde** / & *guardien* *custos*. (γ) **Geleit** pro **geleit** / est à rad. **Leit** unde **leiten** / **geleiten** / ducere, comitari: item **geleitlich** / **Geleithaft** / e. g. **geleitliche Sicherheit** / i. e. *securitas sub fide publicâ*. A diversis speciebus germanicè dicitur, **lebendiges Geleit** / conductores deputati: **totds Geleit** / literæ securitatis prædiis vel ædibus affixæ: **Feldgeleit** i. *localis*: **gesamtes oder gemein Geleit** i. *communis*. **Salvus conductus** specialiter dicitur, **frey sicher Geleit**. (δ) **Wiktumben** unde sit, scriptio obscurat. Sunt, qui à **Dom** & **Wiz** derivant, quod **Dom** antiquè sit *judex, terrarum Dominus*, qui *jurisdictionem* habet: à quò tantum **Wizdom** supersit, quod aliàs **Wizdum** pronunciat, *Vicedominus, Vicarius*. **Wiz** autem idem esse volunt, quod **Wick** / **Wich** / **Wig** / *refugium, oppidum, arcem*, quia *vicedomini* non tantum in certis oppidis *vice dominorum jurisdictionem* exercebant, sed etiam, quia *Dominus ætate confectus & auxilio indigus*,
ad

ad substitutum quasi confugiebat, & omnem in eum spem collocabat. (e) **Befamern** unde sit, à **Rummer**/ an verò à **Rammer**/ ideò dubium redditur, quia **Rammer** hodiè pro loco iudicii & tribunali accipitur; **Rummer** verò est quoq; arrestus seu arrestatio, sive fiat re, sive corpore. Utrumq; autem cum sit à **Ramm**/ quod Germanis veteribus, quibus nondum erant oppida, notabat sepimentum sudibus & perticis circumdatum, & pronunciabatur etiam **ham / cham / hain /** atq; abhinc translatum sit ad **Ram** *per-*
ctinem, quia septum perticale refert: ideò videtur **Rammer** esse idem, quod *carminatum*, & **befamern** per metaph. idem, quod *lacerare, affligere*: quemadmodum enim iste carminando lanam trahit & divexat, sic animi dolor ex miseriis & calamitatibus hominem disturbat, diesq; noctesq; pungit ac stimulat. Plura aliis, qui majore otio abundant, investiganda relinquo.

XIX. Sunt quoq; VII. *Errores* quidam circa saluum Conductum paucis tangendi & annotanti. Et quidem (1) *de Concionibus in via* Maimburgius, Cochläum secutus, narrat, saluum conductum vocato Luthero datum esse, eà cum conditione, ne in itinere concionaretur. Verum confunditur itus & reditus, siquidem non eunti, ut ex *originali* §. 3. dilucidè patet, sed abeunti Wormatià jussum de non concionando datum est, quod quidem ex salvo conductu, qui nusquam apparet, constare non potest; ipse tamen LUTHERUS expressè meminit, in histor. actorum ad ALBERTUM, Comitem Mansfeldiæ Tom. I. Jen. f. 456. T. I. Alt. p. 733. Sie bunden mir auch ein / unter wegen nicht zu predigen noch zu schreiben / sprach ich: Ich wil alles thun / was Kaiserl. Maj. gefält / doch Gottes Wort wil ich ungebunden lassen / wie St. Paulus sagt: Verbum Dei non est alligatum. Also bin ich gescheiden / und ist zu N. achte wol / sie werden mich beschuldigen / ich habe das Geleit gebrochen mit predigen zu N. und N. denn sie suchens genau.

genau. Ex quibus verbis patet (α.) Lutherum accepisse mandatum, utrum autem literis securitatis insertum fuerit, incertum est. (β) Ipse habitas in viâ conciones excusat, quod Verbum Dei alligari non possit. (γ) Falsa refert *Varillasius*, ipsum quandam urbem, quam *Andors* vocat, uno sermone totam Lutheranam fecisse, quia hoc nomine nullum oppidum in Germania reperitur. (2) De *Curru* refert *Maimburgius*, quod profectus Wittebergâ, curru magnificô vectus sit. Ad quæ verba *Seckendorffius* p. 152. *Currum magnificum hic ad Gallicæ elegantie genium fingit noster. Cochleus* describit, quod in modum lecticæ paratus fuerit, umbrosus, & contra cæli injurias munitus. Sed *Historia actorum*, à probatæ fidei viris annotata, perhibet, quod cucullo suo inductus *Lutherus*, curru apertô vectus die Martis 16. April. urbem intraverit, magno populi concursu. Imò & *Lutherus* ipse paulo ante obitum T. I. Alt. p. 734. testatur: *Nun fahre ich auff einen offenen Wägelin in meiner Kappen zu Worms ein.* Est tamen in descriptione currus id fortè verum, quod contra cæli injurias paratus fuerit: siquidem illi currus, quibus mercatores ad nundinas euntes utuntur, panno tecti; vel toti, vel dimidii, quandoq; etiam ita comparati sunt, ut tegumentum demitti possit, ut operti sedeant. *Warbeccius* appellat rhedam Saxoniam cursoriam, qualis nempe in planis ad Albim regionibus utebantur, & hodiernum utuntur. Certè magnificentiam caruisse illum currum, vel inde patet, quod *Senatus oppidanus Wittebergensis* eundem præbuit, qualem cives tunc ad itinera suâ adhibebant. Scribit enim ad *Cranachium* pictorem T. I. Jen. 454. T. I. Alt. 732. *Sie wollet auch dem Naht grossen Danck sagen für die Fuhre.* (3) De *Comitatu* idem *Maimburgius* narrat: *Profectus est Wittebergâ comitante centum equitum turmâ, qui ei honoris causa aderant, utq; appareret, non desore illi viros ad defensionem ejus paratos. Intravit d. 6. (16) April. Wormatiam, octo tantum ex equiti-*

equitibus suis comitatus. Sed hæc narratio falsa est, tum
 quod apertè contrariatur relationi aliorum, qui ne gry-
 quidem de comitatu C. equitum habent: tum quod cau-
 sam illius recitat, ad defensionem ei datum esse, ad quam
 ipsi sufficere debebat fecialis autoritate Cæsareâ satis muni-
 tus. Veriorem ergò de comitatu subjungemus narratio-
 nem, quam Vitus Warbeccius ad Johannem Electoris fra-
 trem, eòdem ingressus die, 16. Aprilis perscripsit: *Hodiè ad-
 venit huc D. Martinus, veëtus rheda Saxonica cursoria, cum tri-
 bus comitibus, fratre nempe, Amsdorffio Licentiato, & nobili Dano,
 Suabenio. Ante currum equitavit fecialis Cæsaris veste solenni,
 aquila lateri appicta ornatus, ejusq; famulus. Currum secutus est
 Lic. Jonas Northusanus cum famulo. Multi illi obviam processe-
 runt ex Nobilitate quidem Saxonica Bernardus ab Hirschfeld, Jo-
 hannes Schottus, Albertus à Lindenau pincerna, cum equis sex,
 multi etiam aliorum Principum aulici. Prandii, tempore circa
 horam decimam urbem intravit; attamen plus quam duo hominum
 millia eum sectabantur usq; ad hospitium ejus, quod commune
 habet cum consiliariis Saxonis, Friderico Thunavio, Philippo Fei-
 litschio, Equitibus auratis, & Ulrico Pappenbeimio Marescallo Im-
 perii, non procul à diversorio, quod cygni insigne habet, quo Lu-
 dovicus Elector Palatinus utebatur. - In itinere honestissimè habitus
 est in locis Saxonica ditionis, concionatus quoq; Erfurti, Gotha, Is-
 fennaci; Erfurtenses verò ad duo milliaria obvium progressi hono-
 rificè illum exceperunt. Lipsia, praterquam quod Senatus eum
 vino (ut moris) donavit, inhonoratus discessit &c. Ita literas hæc
 ce Latinè redditas exhibet Illust. Seckendorffius in comm.
 L. I. f. 39. §. 93. p. 152. (4) De Letitiâ in viâ Cochlæus per-
 hibet, quod lætis conviviis exceptus fuerit, & aliquando hi-
 larior testudinem pulsaverit. Sed de his conviviis alio-
 rum historia nihil memorat, quia ipse Lutherus scribit,
 quod parùm corpore valuerit. Ita enim ipse ad Spalati-
 num lib. 1. ep. 221. *Tota hac via ab Isfennaco usq; huc langui,
 & adhuc languo, incognitis mihi antehac modis. Sed & max-*
E
datum*

datum Caroli esse in terrorem mei divulgatum intelligo. Verum
 Christus vivit, & intrabimus WORMATIAM INVITIS omnibus portis
 inferni & potestatibus aëris. Ex quibus apparet, quod lan-
 guor & nuncius non parum in itinere animum distraxe-
 rint, ut, si lætitia seu corporis seu animi ipsi tribuenda est,
 non aliunde, nisi supernè data statui possit, excitata tum
 per amicos sinceros, tum per hymnos spirituales, musicâ,
 cujus omninò egregiè peritus erat, adhibitâ. Nam & in
 viâ, cum Spalatinus Oppenheimium scriberet, ne veniret,
 & præterea infidiosè tentaretur, ut evitatâ WORMATIâ in ar-
 cem Sickingii Ebernbergum concederet, rogante ipso Si-
 ckingiò, voluit *Lutherus*, quia triduum ex 21. diebus, intra
 quos comparere debebat, tantum supererat, libentius homi-
 num consilia spernere, quàm Deo diffidere, à quo omne
 suum auxilium expectabat. vid. T. I. A. 733. ubi ex narra-
 tione Lutheri refertur. (5) De Concione Erfurti habitâ,
 refert *Varillasius* lib. 4. p. 311. quod ei maximum ibi templum
 concessum sit, huicque concioni tumultum Erfurtensem
 tribuit. Sed *Lutherus* in æde ordinis sui Augustiniani con-
 cionatus est, quæ neque primarium, neque maximum, tem-
 plum est. Neque tumultus exortus, quò studiosi mille &
 ducenti in sacerdotes concitati sunt, quod B. Virg. Cano-
 nici quendam cognomine *Draconem*, ob Lutheranismum
 choro suo ejecissent, concioni ibi habitæ attribui potest,
 quia tertio post mense demùm contigit, *Luthero* tunc in ar-
 ce latente, & rem illam auditam indignissimè ferente ac im-
 probante, ut ex l. l. ep. 230. videre est, ubi scribit: *Etsi bo-
 num est, incessabiles illos impios, coërceri, modus tamen iste Evan-
 gelio nostro parit & infamiam & justam repulsam. Vehementer
 me offendit gratia ista hominum in nos. Ex qua liquidò videmus,
 nondum esse nos dignos Coram Deo verbi sui ministros, & Satanam
 in nostra studia ludere & ridere.*

§. XX. Tandem VIII. Consequentia S. C. paucissimis
 annotanda veniunt. Inter hæc (1) *Dimissio Lutheri* occur-
 rit

rit, quâ salvus & incolumis Wormatiâ abiit, vi' salvi con-
 ductus, qui tutum reditum promittebat. Hunc ejus abi-
 tum Illust. Seckendorff sequentibus verbis describit c. l. p. 155.
 156. Prorogato iterum ad biduum salvò conductu, d. 25. April.
 Vehus ille Badensis & D. Pentingerus Augustanus permovere conati
 sunt Lutherum, ut Cesari & imperio iudicium de scriptis suis per-
 mitteret; quod non abnuit, si secundum Scripturam iudicare vel-
 lent. &c. - Post quæ benignè & promissâ securitate redeundi unde
 venerat, dimissus fuit. Eodemq; die denunciatum ei est ab Eccio
 Trevirensi & Secretario Cesareo, ut (datâ ad 21. dies securitate)
 abiret, quoniam post tot commonitiones ad cor & unitatem re-
 dire nollet, Cesarq; officium, ut Advocatus fidei Catholica, factu-
 rus esset; addiderunt prohibitionem, ne in itinere concionaretur,
 aut alio modo populum concitaret. - Postridie d. 26. April. saluta-
 tis, qui eum frequentissimè convenerant, patronis & amicis, sum-
 to jentaculo abiit, comitatus ab iis, qui eum adduxerant, & inse-
 quente mox Feciali, qui illi Oppenheimii pernoctanti junctus est.
 Confer, quæ supra dicta sunt §. 7. & quæ T. i. Jen. f. 449. &
 T. i. A. 726. extant, unde allegata verba desumpta sunt. (2)
 Obtentio novi salvi conductus, de quo & ipse Lutherus in
 verbis supra §. 7. allegatis, & Historici passim testantur: ut
 adeò certo certius sit, abeunti salvum conductum datum
 esse, sed ubi iste lateat, hætenus compertum non est. So-
 lus Pallavicinus refert, Lutherum in viâ ipsum feciali tra-
 didisse, quod omnes alii tacent & ignorat. Profectus est igi-
 tur (inquit lib. i. c. 27. n. 2. p. 44.) postridie, qui fuit 26. Aprilis,
 ipsum deducente eodem Cesareo Feciali, extra portam Wormatiâ
 à 20. equitibus suæ factionis exceptus. Post triduum Friburgum
 pervenit: ibi Fecialem dimisit, cum literis ad Cesarem animi sui
 firmitatem purgantibus: reddidit etiam eidem ministro publicæ fi-
 dei chirographum, subdens eo amplius haud opus esse. Creditum
 est, fastu quodam id à Martino peractum quasi semet ipso satis es-
 set armatus: Sed reverâ id egit, ne per concinnatum ab eo faci-
 nus, de quo dicemus, necesse foret custodiam Cesaream violare; &

quâ magis fieret verisimile, sibi eo munimine spoliato à suis am-
 tis vim factam. Quâ fide id scribat, incertum est: id tamen
 incertissimum, *Lutherum* politicas has rationes mente fovisse:
 se: quamvis non negemus, ipsum secretis iussis Electoris
 Friderici obsequentem fuisse, & ex pacto, ut propter
 edictum Cæsareum tutior esset, quædam facta esse. Sed
 de salvo conductu feciali reddito altum ubique silentium.
Lutherus, qui ipse acta narravit & scripsit, ac nihil dissimu-
 lavit, prorsus tacet, neque alius quisquam, hujus rei con-
 sciis, aliter retulit. Nos ita colligimus: Qui saluum con-
 ductum, quò amplius non opus fuit, tam sanctè apud se
 conservavit, multò magis eum, quò opus & usus est, fide-
 liter conservabit: Atqui de priore id constat, in Prussiam
 tandem per generum delatò: Nullum ergò dubium, quin
 similis cura etiam posterioris fuerit. (3) *Iter consequens* i-
 pse *Lutherus* descripsit, quid in itinere contigerit, quomo-
 do, & per quos captura instituta sit, lib. i. ep. 226. & 229.
 Discesserat is Wormatiâ d. 26. Aprilis, Fridbergam vero in
 Wetteravia venit d. 28. Aprilis, ubi literas ad Imperatorem
 & Ordines Imp. scripsit, recensens secum acta, & gratias
 agens pro impetrato & servato Salvo Conductu, petens e-
 tiam instantissimè, ut sub fide Cæsaris à Judicibus non su-
 spectis, eruditis, liberis, tam politicis, quàm ecclesiasticis,
 audiretur. Has literas, quæ T. i. Jen. 449. sqq. T. 9. W. 113.
 sq. T. i. A. 727. sqq. extant, feciali Wormatiam ad *Spalati-*
num reportandas dedit posterò die, quò Grunbergam Haf-
 sum ivit, inde in Thuringiam profectus. Heis captus
 est *Lutherus*, cum Isennaco (ut refert Seckendorffius p. 159.)
 non rectâ, quam in Saxoniam euntes per Gotham Erfur-
 tumque habent, viâ, sed ad invisendos propinquos suos
 (in tractu Salzungenfi magno numero habitantes) defle-
 cteret, prope arcem Equitum Hundiorum, *Altenstein*, & vi-
 cum *Schweina*, ad radices sylvæ Thuringiacæ, Vierram am-
 nem verius sitæ, in ditione Electorali. Secretum com-
 mis-

missum erat *Johanni à Berlepsch* Præfecto Wartburgensi & *Burckardo Hundio* Altensteini dynastæ. Retro inde ductus fuit per sylvas in arcem supra Isennacum in altissimo montium vertice constructam, vetustissimam Landgraviorum Thuringiæ sedem, & S. Elifabetæ habitatione aliisque casibus notam, quæ vocatus *Wartburg* vel *Wartenburgum*, quasi dicas *castellum specule*. Prolixius ista refert *Matthesius* conc. 3. de hist. Luth. f. 27 & 28. concludens: Und ob er wol lieber zu *Wittenberg* gewesen/ und seines Lehramts abgewartet/ und auf glüenden Kohlen liegen wolte/ Gott und seinem Wort zu ehren und bestättigung/ wie er an gute Freunde bald hernach schreibet/ so hielt er doch eine Zeitlang in Gehorsam aus/ damit er seinem lieben Churfürsten kein grössere Gefahr über sein Land und Leute brächte. Quæ ibidem in *palmio* egerit & scripserit, partim constat ex *epist.* 241. ad *Spalatinum* ac *T. 1. J. f.* 463. 199. partim ex *Matthesio* conc. 4. f. 29 32. partim ex indice *Illust. Seckendorffii* ad *A. 1521.* & 22. *Barbam* quoque & *comam* nutrit, ac sub equestri ornatu, ac nobilis *Georgii* (*Sunder Georg*) nomine, annotante *Matthesio* f. 32. latuit, visitans ignotâ hac specie non tantum vicina monasteria sed etiam *Wittenbergam*, ita ut nec ipsi principes, ubi esset, satis scirent. Ipse quoque *Lutherus*, quo sumtu alimonia sibi suppeditaretur, ignorabat, uti ex *cit. ep. ad Spalatinum* patet. Vide plura ap. *Matthesium* conc. 4. & *Seckendorf. c. 1.* (4) Insecutum est *Edictum Wormatiense*, quo *Cæsar Lutherum*, tanquam manifestum hæreticum proscripsit, & omnibus interdixit, ne ipsum reciperent protegerent, aut libros ejus haberent, potestate omnibus factâ, ipsum ejusque complices ac protectores invadendi, eorumque bona mobilia & immobilia capiendi. Vulgatum fuit utraque lingua, & extat variâ formâ, insertum etiam *Tomis, 1. Jen. 456. T. 1. A 736.* Prolixè refert *Adr. Barlandus* in *chron. duc. Erab. c. 178.* in compendium contraxit *Sleidanus l. 3. p. 61 sq. Pallavicinus* illud b

Aleandro conscriptum esse refert, unde non mirum, quod omne virus affectuum & styli in Lutherum effuderit, & nomine imperii atrocissimarum poenarum interminationem ediderit. Idem perhibet c. 28. n. 7. quod dies edicti, licet 26. Maji, cum jam plurimi ex Electoribus & Principibus, & inter hos Saxo jam discessissent, publicati, retractus ad diem ejus mensis octavum fuerit. Quare id factum sit, prudentiores fugere nequit, scil. ut omnium suffragiis approbatum esse videretur; cum tamen à paucis aliquot confatum perhibeatur, & ex Electoribus quidam fassi sint, non se fuisse conscios, quot de Coloniensi refert *Sleidanus* lib. 16. p. 422. utpote qui scripto cont. suum Clerum affirmet, *damnatum quidem esse Lutherum ab ecclesia Romanâ, sed in dicta causa, violenter & tyrannicè: de edicto Wormat. nihil unquam sibi fuisse compertum prius, quàm in vulgus exiisset, typis excusum.* Idem memorat lib. 3. p. 62. promulgationem illius edicti *Friderico* Elect. causam fuisse, ut è nobilitate nonnullis daret negotium, ut in locum quendam secretiorem, & ab hominum frequentia remotum, deducerent Lutherum, vitandi causa periculi: quod quidem summâ diligentia fuit & taciturnitate administratum.

XXI. Atque hæc de salvo conductu Lutheri sufficient: ne tamen lectorum desiderio quicquam desit, non tantum cætera S. C. exempla, ab aliis Principibus *Luthero* data, apponam, sed etiam ex Antiquitate paria communicabo, imprimis cum supra §. 16. *Divi Athanasii* mentio facta fuerit.

I. Epistolæ Pars Imperatoris CONSTANTINI
apud *Athanasium* T. 1. apol. 2. p. 778.

Cum igitur mentis meæ sententiam intelligas, omnibus, qui Ecclesiam intrare postulant, aditum inoffensum præbebis: quod si prohibueris quempiam, qui se Ecclesiæ participem velit, aut si excluderis ab ingressu, mittam continuo cum meis mandatis, qui te deponant, & in alium locum deportent.

II. De-

II. Decretum de Athanasio & Presbyteris
capite plectendis, ap. Athanas. T. 1. epist. ad solitar. p. 821.

*Ad Eusebianorum calumnias Constantius Imperator edictum misit - Habebat autem edictum, ut non solum civitatibus & ecclesiis eji-
cerentur, sed & capitali pœnâ, ubicunq; inventi essent, plecterentur. Mirum quidem facinus, sed non alienum ab ipsorum moribus. Si-
quidem non aliter, quàm Eusebii discipulos, Eusebianiq; animi suc-
cessores decuit, sese gessere - Curavere igitur edicta fieri, quibus
portus & introitus civitatum observari juberentur, ne quibus à Sy-
nodo concessum erat, reditus in ecclesias suas pateret: simulq; di-
plomata ad iudices Alexandrinos nominatim de Athanasio & Pres-
byteris certis impetraverunt, ut sive Athanasius, sive quispiam suo-
rum urbem aut fines ejus ingredi deprehenderetur, eum capite trun-
care judici liceret.*

III. Epistolâ Constantis ad Constantium, Imper.
ad Imp. pro Athanasio & Paulo, ap. Socratem l. 3. H. E. c. 19.

*Sunt apud me hic Athanasius & Paulus: quos auditione ac-
cepi, pietatis causâ persecutionem passos esse. Quod si polliceare
te illis suas ipsorum sedes redditurum, inq; eos, à quibus sine causa
injuriâ affecti sunt, animadversurum, viros ipsos ad te mittam: sin
autem recusas ista hoc pacto percipere, pro certo velim cognoscas, me
eò venturum, & te invitò, illis suas ipsorum sedes restitutum.*
Conf. Nicephor. l. 9. H. E. c. 21.

IV. CONSTANTIUS Victor Aug. Athanasio,
apol. 2. T. 1. p. 769.

*Diutius te jactari, vexariq; immanibus undarum procellis, nostræ
Clementiæ humanitas non permisit: Nudatum siquidem paternis
penatibus, bonisq; suis spoliatum, & in aviis feralibusq; locis erra-
bundum nostræ indefatigabilis pietas non deseruit. Nam tametsi
jam pridem supersedi mentis meæ propositum ad te scribere, eò quod
se ultrò adventurum expectarem, & postulaturum malorum tuorum
remedium: Tamen quia fortasse voluntatem propositi tui metus im-
pedivit, ideò literas munificentia nostræ plenissimas ad tuum con-
stantiam misimus, ut securiter conspectui nostro quamprimùm tuam
pre-*

presentiam offeras, ut voti particeps, nostramque humanitatem expertus, tuis restituaris. Hac enim Dominum meum & fratrem Constantem, Victorem Augustum, pro te adhortationibus conveni, ut tibi veniendi facultatem daret, quo utriusque nostrum nutu patria restituaris, & hoc pro pignore nostrae gratiae habeas. Conf. Socrates l. ii. c. 18. Cassiodor. l. 4. c. 24. Niceph. l. 9. c. 21.

V. Epistola Ejus II. ad Eundem, ap. Athanas. apol. 2. p. 769. Socrat. l. ii. c. 18. Theodoret. l. 2. c. 11.

Etse superioribus literis significavimus, ut securiter ad nostrum comitatum accederes, eo quod maxime cupiamus te ad tuos remittere, tamen etiam nunc has literas ad tuam Constantiam misimus, quibus adhortamur, ut sine omni diffidentia aut metu, publica vehicula inscendas, & properes ad nos, ut, quae concupiscis, assequare. Conf. Somen. l. 3. c. 19. Cassiodor. l. 4. c. 17. Nicephor. l. 9. c. 21.

VI. Epistola Ejus III. ad Eundem, ap. Athanas. apol. 2. p. 769. Socrat. l. 2. c. 18. Cassiodor. l. 4. c. 28. Niceph. 8. 21.

Cum Edessa commoraremur, presentibus tuis presbyteris, placuit, ut misso ad te presbytero, festinares ad nostrum comitatum venire, ut ubi nostrum vidisses conspectum, statim in Alexandriam transires: Sed quia plurimum temporis intercessit, ex quo literis nostris acceptis non venisti, ideo te nunc denuo admonitum volumus, ut vel nunc saltem quam celerrime ad Nos te conferas, quod & tu patriae tuae restituaris, & nos tuis precibus frui possimus. Ad plenioram autem cognitionem Achitan diaconum ad te misimus, ex quo discere licebit, & mentis nostrae voluntatem, & te assequi posse ea, quae votis optas.

VII. Diploma CONSTANTII Caesaris, pro Athanasio ad Episcopos & presbyteros Catholicæ Ecclesiæ, ap. Athanas. apol. 2. p. 772. Socrat. 2. 18. Cassiodor. 4. 31. Nicephor. 9. 25.

Non est derelictus à Dei gratia venerandus Athanasius, & amet & ad breve tempus humane probationi subiectus fuerit. Justum enim debitumque, jam ab omni rerum contemplatrice providentia calculum retulit, eò quod & voluntate Optimi, & iudicio nostro patriam & ecclesiam,

clesiam, quam antea divino nutu possedit, recipiat; ad quem congruentia etiam à nostra humanitate perferri oportet, à Deo ut omnia, quæ antea contra eos, qui cum eo communionem celebrarunt, decreta fuere, oblivioni tradi velim, omnisq; deinceps suspicio contra aboleretur: & immunitas, quam olim habuere ipsius clerici, firma illis & rata, (prout decet) conservetur. Quin & hoc quoq; ejus gratiæ adjici æquum arbitrati sumus, ut apud universos sacri ordinis viros promulgetur, cunctis, qui Athanasio adhesere, datam esse securitatem, sive Episcopi, sive clerici sint. Abundè enim argumentum erit, unumquemq; eorum probi animi esse, vel eo solo, quod Athanasio consociati fuere. Quicumq; enim meliori & judicio & factione hujus communionem elegerunt, hos omnes jussimus ad exemplar superioris providentiæ, & secundum nostram voluntatem, ut gratia ab optimo Deo tributa securiter perfruantur. Deus eos servet.

VIII. Epistola CONSTANTII Imperatoris ad Alexandrinos, pro Athanasio decenter recipiendo, ap. Athan.

apol. 2. p. 773.

Cùm ante oculos habeamus vestram in omnibus disciplinam, & nequaquam inscii sumus &c. Conf. Socrat. l. 2. H. E. c. 18. Cassiodor. l. 4. c. 32. Nicephor. l. 9. c. 25.

IX. Mandatum CONSTANTII ad Nestorium, & eadem formâ ad præfides Augustamnicæ Thebaidis & Africæ,

apol. 2. p. 774.

Si quidem unquam antea ad noxam contumeliamve eorum, quæ Athanasio communicaverunt, decretum invenitur, id omninò deleri volumus. Nam & immunitatem, quam antea habuerunt ejus clerici, iterum eosdem habere volumus. Hoc enim decretum nostrum observari jubemus, ut restituto Athanasio sua ecclesiæ, communicatores illius eandem habeant immunitatem, quam antea possederunt, quamq; ceteri Clerici habent, quò & ipsi se prorsus restitutos esse gaudeant. Deductus igitur cum suis ad istum modum Athanasius, in peragranda Syria, Syros & Palestinos Episcopos convenit, qui synodo Hierosolymis coacta, sinceriter eum cum suis exceperunt, & cum pace deduxerunt. Conf. Socrat. l. 2. c. 18. Cassiodor. l. 4. c. 33. Niceph. l. 9. c. 25.

G

X. Epi-

X. Epistola CONSTANTII ad Nestorium Ægypti Præfectum,
ap. Athanas. ad sol. vit. ag. p. 824.

Certum est ex nostro decreto antea vulgato, diplomata contra excommunicationem venerab. Episcopi Athanasii superesse, eaq; reperiri posse in provinciis tuae sanctitatis: Volumus igitur, ut tua spectata sobrietate omnes eas epistolas, sub hoc nomine per tuam provinciam editas, pro nostrâ jussione in nostrum comitatum transmittas.

XI. CONSTANTINUS Maximus Augustus, Joanni,
ap. Athanas. apol. 2. p. 787.

Ex animo mihi gratæ fuere tue prudentia litera: inde enim didici, quæ desiderabam scire, omnem te animi tenuitatem deposuisse, & cum ecclesia, ut par erat, communicasse, & cum Athanasio Episcopo reverend. quàm maximè in concordiam venisse. Certum igitur habeam, te à nobis propter ista collaudari, quodq; relicta omni conferenda manuum cupidine, id quod Deo gratum erat, feceris. Ut igitur, quæ concupisti, assecutus esse videaris, tibi permittendum putavi, ut insenso publico vehiculo ad nostræ clementiæ venias Comitatum. Restat igitur, ut nihil cures, cum epistola hac tibi facultatem publici vehiculi præbeat, ut quàm celerrime ad nos pervenias, & votis tuis impleris, nobisq; conspectis, congruâ fruaris letitiâ. Deus te conservet frater dilecte.

XII. Herzog Georgen zu Sachsen &c. Geleits-Brief/
T. 1. Jen. G. f. 434. T. 9. Witt. 106. T. 1. Altenb. p. 653.

Wir Georg von Gottes Gnaden/ Herzog zu Sachsen/ Landgraf in Thüringen/ und Marggraf zu Meissen &c. &c. fügen allen und jeglichen unsern Amtleuten/ Berwesern/ Bögten/ Geleitsleuten/ Schössern/ Bürgermeistern/ Richtern/ Rächten/ Gemeinden/ und andern Unterthanen und Verwandten/ htemit zu wissen: Daß Röm. Käys. Majestät unser aller gnädigster Herr/ 1521 D. Martinum Luther ersodert hat/ auf gegenwertigen Reichs-Tag anher zukommen. Dieweil denn derselbe Luther seinen Weg zum Theil durch unser Fürstenthum/ Land und Gebiethe nehmen wird/so befehlen wir euch/ und wollen/ daß ihr gedachten D. Martin/ allenthalben unvorhindert und ohne Beschwerung durch passiren und kommen lasset/ ihm auch dazu förderlich erscheinet/ damit er sicher und ohne Gefahr reisen/ und desto ehe anhero kommen möge das ist unser Meinung und Gefallen. Geben zu Wormis/ unter unsern zurück gedruckten Secret besiegelt am 8. Tage des Monats Martii/ 1521.

XIII.

XIII. Herzog Friderichs und Johansen Gebrüdern/Chur-
und Fürsten zu Sachsen/ 2c. 2c. Geleits-Brief

T. I. J. 434. T. 9. W. 106. T. I. A. 653.

Von Gottes Gnaden wir Friderich Herzog zu Sachsen/des Heil. Röm. Reichs Erz-Marschall und Churfürst/ Landgraff in Thüringen/ und Marggraf zu Meissen. Nachdem der Allerdurchleuchtigste Fürst und Herr Carol ertwählter Römischer Kaysler/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ zu Hispanien/ beider Sicilien/ und Jerusalem König/ Erz-Hertzog zu Oesterreich/ Hertzog zu Burgund/ zu Brabant 2c. 2c. Graf zu Habsburg/ zu Flandern/ zu Tyrol/ 2c. 2c. Unser aller Gnädigster Herr/ den würdigen Hochgelahrten unsern lieben andächtigen Hrn. Martinum Luther/ Doctor, Augustiner/ Dens/ anher auf diesen gegenwärtigen Kayslerlichen Reichs-Tag gefodert/ und bey uns begehret/ denselben D. Luther an Enden/ da es dem Hochgebohrnen Fürsten/ unserm lieben Bruder/ Herzog Johansen zu Sachsen 2c. 2c. und uns gebühret und zustehet/ mit freyem/ sicherem und ungesährlichem Geleit bis anhero/ und wiederum an sein Gewehrsam zuversehen 2c. 2c. Weil wir uns denn erkennen Röm. Kayslerl. Majestät in dem und andern/ unterthänigen Gehorsam zu leisten/ so bekennen wir für obgemelten unsern Bruder/ und uns/ gegen Männiglich/ daß wir auf hochgedachter Kayslerl. Maj. gnädiges Begehren/ gemelten D. Luther/ und den jenen/ so er ungesährlich bey sich haben wird/ zu solcher Reise/ anher und wiederum bis an sein Gewehrsam/ für unsern Bruder/ uns und alle seine Liebe/ und unsern Unterthanen und Verwandten/ und der wir ungesährlich mächtig sind/ unser stark/ frey/ sicher/ vehlich/ und ungesährlich Geleit gegeben haben/ und geben ihm solches hiemit/ in und mit Kraft dis Brieffs. Und ist darauf an alle und jegliche unsers Bruders und unsere Amtleute/ Schösser/ Gleihsleute/ Schultheße/ Rastner/ Bürgermeister/ Rätthe der Städte/ und sonst alle andere die unsern/ unser ernstlich Begehre hiemit befehlend/ den mehr gedachten D. Luther/ und die so er bey sich haben wird/ bey solchem Geleit zu schützen/ handhaben und vertheudigen/ ihm auch auf sein Begehren und Ansuchen/ temands zuordnen/ auf daß er desto stattlicher und sicherer/ ohne Beschwörung/ durch und fürüber kommen möge/ und das nicht anders halten/ daran geschicht unsere ernste Meinung. Zu urkund mit unserm zurück aufgedrucktem Secret besieget/ und geben zu Worms/ auf dem Kayslerl. Reichs-Tag/ am 12. Tage des Monats Martii.

Anno Domini 1521.

XIV. Geleits-Brief des Landgraffen von Hessen/ für D. Martin Luther/ da er von Worms abgereiset in sein Gewehrsam.

T. I. Jen. f. 449. T. 9. W. 113. T. I. A. 727.

Wir Philips von Gottes Gnaden/ Landgraf zu Hessen/ Grafe zu Katzenelnbogen/ zu Dieß/ Ziegenheim und zu Nidde 2c. 2c. bekennen und thun kund

Offenbat mit diesem Briefe gen männiglich/als D. Martin Luthet von diesem Reichs=Tag und hier aus Worms wiederum abgereiset ist/ daß wir ihm/ für sich/ und alle diejenigen/ so er bey und mit ihm hat/ unser frey/ stark/ sicher/ und ohngefährlich Geleit/ in und durch unser Fürstenthumb / Graffschaft / Herrschaft und Gebiete/ für uns/alle die unsern/der wir ohngefährlich mächtig/und die umb unsern Willen zuthun und zulassen verpflichtet sind/geben haben/ und geben ihm das also gegenwärtig in und mit kraft dieses Briefs/ als lenth alben an Enden und Orten/ da wir zu geleiten/auch zugebieten und zu verbieten haben ohngefahr/und das in Urkund ist dieser Brief mit unserm wissentlich beygedruckten Secret Insiigel besiegelt. Geben zu Worms/ am Freytag nach Jubilate/ das ist/ am 25. Aprilis/ und Christi unsers lieben HErrn Geburt 1521.

XV. Salvus Conductus Concilii Basileensis,
Bohemorum In Concil. Basil. Sess. IV. p. 22.

Sacro sancta generalis Synodus Basileensis, in Spiritu S. legitime congregata, universalem Ecclesiam representans. Tenore presentium significamus universis, quod omnibus & singulis sacerdotibus, Baronibus, nobilibus, Militaribus, popularibus & aliis quibuscunque viris, cujuscunque status, conditionis aut qualitates existant, de Regno Bohemiae & Marchionatu Moravia, de Praga & civitatibus, ac aliis locis eorundem, & omnibus aliis Ecclesiasticis & secularibus personis, qui, aut qua una cum ipsis ad generale Basileense concilium mittentur, ac profecturi existunt, omnibus eorum personis, quocunque nomine censeantur, aut valeant nuncupari, infra tamen numerum ducentarum personarum, tenore presentium, nostrum plenissimum ac perfectum saluum conductum concedimus atque damus, verissimamque securitatem veniendi ad hanc civitatem Basileensem: ibidemque manendi, standi, morandi, nobiscumq; de quibusvis negotiis opportunis ipsis commissis tractandi, placidandi, disponendi, concludendi & terminandi impartimur: ac in loco vel in locis hospitiorum suorum divina officia sine impedimento nostrorum peragere permittimus, sic etiam, ut propter illorum presentiam, neque in itinere neque in alio loco itineris in eundo, manendo aut redeundo neque in ipsa civitate Basileensi a divinis officiis cessetur, quovis modo per modum interdicti. Ceterum in generali concilio seu Synodo Basileensi articulos quatuor, pro quorum claritate instat, ore tenus aut in scriptis libere poterunt afferre,

AUC

aut propalare scripturis sacris beatorumq; doctorum verbis; sententiis
 & rationibus eos declarare, adstruere & persuadere, et si opus fuerit,
 etiam ad objecta concilii Generalis respondere, aut cum aliquo vel ali-
 quibus de Concilio super eisdem disputare aut charitative absq; omni
 impedimento conferre, opprobrio, convitio aut contumelia procul mo-
 tis, servata forma & modis inter nostros legatos & nuncios predi-
 ctorū regni & Marchionatus in egressi civitate specificatis & unifor-
 miter conclusis, & signanter quod in causa quatuor articulorum per
 eos attentorum lex divina, praxis Christi Apostolica & Ecclesie primi-
 tive una cum conciliis Doctoribusq; fundantibus se veraciter in eo-
 dem, pro verissimo & indifferente iudicē, in hoc Basileensi Concilio
 admittentur. Et illis peractis vel non peractis, quandocunque de man-
 dato aut consensu suorum Majorum ad propria reverti optabunt, aut
 aliquis eorum optabit mox absq; ulla retinentia, occasione & mora,
 salvis rebus illorum & suorum pariter honore, & personis, vice versa
 poterunt vel poterit juxta beneplacitum libere & secure redire, de sci-
 tu tamen deputandorum per concilium, ut pro tunc oportune securi-
 tati eorum provideatur sine dolo & fraude. Nihil ominus in hoc eo-
 rum salvo conductu omnes quascunque clausulas includi ac contine-
 ri volumus, ac pro inclusis haberi, qua pro plena & efficaci & suffici-
 enti securitate in eundo, stando, ac redeundo necessarie sunt & op-
 portuna, hac notanter propter bonum pacis procurandum & obser-
 vandum luculenter expressantes. Quod si quispiam aut aliqui ex illis,
 sive in itinere ad nos in Basileam veniendo, sive ibidem demorando
 aut redeundo, aliquod enorme (quod absit) egerit aut egerint, per
 quod posset asssecurationis eorum beneficium eis aut eorum alicui con-
 cessum, annullari aut cassari: volumus etiam, ac admittimus & con-
 cedimus ut talis vel tales in facinore hujusmodi deprehensi vel depre-
 bensus ab ipsis duntaxat, & non ab aliis condigna animadversione
 cum emenda sufficienti per partem nostram merito approbanda &
 laudanda, mox puniatur aut puniantur, illorum asssecurationis for-
 ma, conditionibus & modis omnino manentibus illibatis. Et pariform-
 iter, si quispiam vel aliqui ex nostris, sive in itinere ad nos in Basile-
 am veniendo, sive ibidem demorando aut redeundo, aliquod enorme

(quod absit) egerit aut egerint, per quod posset asssecurationis ipsorum beneficiorum eis aut alicui eorum concessum, annullari aut cassari, volumus ut talis vel tales in facinore huiusmodi deprehensi, à nobis aut à nostris duntaxat, & non ab aliis, condigna animadversione cum emenda sufficienti, per partem dominorum ambasiatorum & nuntiorum merito approbanda & laudanda mox puniatur aut puniantur, presenti asssecurationis forma, conditionibus & modis omnino manentibus illibatis. Volumus etiam, quod liceat ipsis ambasiatoribus omnibus & singulis, toties quoties cunque opportunum fuerit seu necessarium, ad auram capiendam exire de civitate Basileensi, & reverti ad eandem, nec non nuncium vel nuncios suos ad quaecunque loca, pro suis necessariis negotiis ordinandis libere mittere seu destinare, ac ipsos missos seu destinatos, seu missum & destinatum suscipere toties, quoties eis videbitur expedire, ita quod aliqui vel aliquis per deputandos concilii socientur, qui eorum securitati provideant vel provideat. Insuper nec in sermonibus seu predicationibus publicis aut aliis collationibus, in præjudicium, derogationem seu deteriorationem cause ipsorum quatuor articulorum, pars nostra terminis quibuslibet in confusionem vergentibus, poterit aut debet uti & potiri in loco civitatis Basileensis. Qui quidem salvus conductus & securitates stare ac durare debent & à tempore, & per tempus, quo in nostra, & nostrorum tuitionis curam ipsos suscipi contigerit, & usque ad Basileam perduci, ac toto tempore mansionis eorum ibidem, & rursus post sufficientem audientiam habitam, spatio viginti dierum præmissa, cum ipsi petierint, aut Concilium habita huiusmodi audientia, ipsis recessum indixerit, à Basilea usq; in Tustan, Tatoniam (* Taconiam) aut Englisburg, in quem ex locis istis maluerint. Deo favente restituemus, dolo & fraude prorsus exclusis. Et jam pro universis & singulis Christi fidelibus, & specialiter pro sanctissimo Domino Romano Pontifice, pro serenissimo Principe Domino Sigismundo Romanorum & c. Rege ac venerabilibus, dominis cardinalibus, Archiepiscopis & Episcopis ac Dominis Abbatibus prelatibus & Clericis, nec non illustrissimis Principibus, Regibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & nobilibus, militibus, universitatibus & communitatibus civitatum, castro-

rum

vum & villarum earumq; consilibus scabinis, officialibus & aliis cujuscunq; conditionis & status, ecclesiastici vel secularis existant, quocunq; nomine censeantur & pro subditis omnium premissorum, & pro tota parte eorundem promittimus bona fide & spondemus, quod nos omnes & singuli predicti prescriptam asssecurationem & salvi conductus eorum formam, in omnibus suis conditionibus, punctis & clausulis superius expressatis inviolabiliter & inconcusse bona fide & puro corde observabimus & custodiemus, observabunt & custodient. Insuper promittentes sine fraude & quolibet dolo, quod nolumus, neq; debemus occulte vel manifeste quacunq; occasione pratensa, uti aliqua auctoritate, vel potentia, jure, statuto vel privilegio legum vel canonum, & quorumcunq; conciliorum specialiter constantiensis & Senensis quacunq; forma verborum expressa in aliquod prejudicium salvi conductus seu asssecurationi ac publica audientia ipsis per nos concessa vel concessa. Quod si nos aut aliquis ex nobis vel nostris cujuscunq; conditionis vel status, aut pre eminentia existens, prescripta asssecurationis & salvi conductus formam & modum, in quocunq; puncto vel clausula violaverit, (quod tamen abvertere dignetur omnipotens) & sufficiens emenda non fuerit mox subsequuta & ipsorum arbitrio merito approbanda & laudanda habeant nos & habere poterunt incidisse in omnes penas, quas jure divino & humano, aut consuetudine, hujusmodi salvorum conductuum violatores incurrere possunt, absq; omni excusatione, aut quavis in hac parte contradictione. Datum in Sessione publica ejusdem sancta Synodi in Ecclesia majori Basileensi celebrata, duodecimo calendis Julii, anno a nativitate domini Mille simo quadringentesimo trigesimo secundo.

Tenor Salvi Conductus Tridentini,

ap. Pet. Su. Polanum Hist. C. T. l. 4. p. 308.

Sacrosancta Synodus concedit publicam fidem & plenam securitatem, quam Salvi Conductum appellant, cum omnibus clausulis necessariis & opportunis, etiam si specialiter exprimi deberent, quantum ad ipsam spectat, omnibus & singulis personis, sive Ecclesiasticis, sive secularibus univere Germania, cujuscunq; gradus, status & conditionis sint, quae ad Oecumenicum hoc & generale Concilium accedere voluerint; ut possint de rebus, quae in synodo tractari debent, omni libertate conferre, proponere, & tractare, ad Concilium tuto venire, in eo morari, articulos tam scripto, quam verbo offerre, cum Patribus a synodo delectis conferre, & absq; ullis contumeliis & contumelias disputare, nec non quando ipsis placuerit, recedere. Placeat propterea ipsi synodo, ut si pro majore eorum libertate & securitate, certos sibi iudices deputari cupiant, pro delictis sive commissis, sive committendis, quantumvis enormia sint, aut hanc sin sapiant, penes ipsos sit nominare eos, quos sibi benevolos expectent.

Apud Eundem hanc formam p. 335.

Synodus adhaerens salvi conductui penultima sessione dato, illumq; ampliavit. Univere sive fidem facit, omnibus & singulis sacerdotibus, Principibus, Nobilibus, aliisq; cujuscunq; conditionis e Natione Germanica viris, qui ad Concilium hoc Tridentinum, aut venerunt, aut venturi sint, tenore presentium, publicam fidem, & plenissimam

nissimam securitatem, quam salbum conductum appellant, dari, liberè ad Tridentinam civitatem veniendi, ibidem manendi, proponendi, cum synodò conferendi, tractandi & examinandi, quicquid ipsis libuerit, articulos quoslibet offerendi, & astruendi, ad objecta Concilii respondendi, & cum eis, qui à Concilio delecti fuerint, disputandi, & signanter, causas controversas, secundum sacram Scripturam, Apostolorum traditiones, probata Concilia, Ecclesia Catholica consensus, & Sanctorum patrum auctoritatem in Concilio tractatum iri, hoc insuper addito, religionis protextu, aut delictorum circa eam commissorum aut Committendorum minime punitum iri, neq; propter illorum presentiam, in itinere, aut quocunq; locorum, nec in ipsa civitate Tridentinà à divinis officiis quobis modo iri cessatum: ipsisq; fore libertum, redire ad libitum absq; impedimento, rebus, honore, ac personis suis ac suorum salvis; sic tamen, ut deputatos à Synodo de discessu suo faciant certiores, ut eorum securitati melius consulatur: qua quidem quò plenior sit & efficacior, cupere ac velle in hac publica fide clausulas quascunq; necessarias pro inclusis haberi. Illud porrò ad majorem securitatem addit, si quis illorum, aut itinere, aut dum Tridenti commoratur, aut rediens, enorme quidpiam patrauerit, quo beneficium publicæ hujus cautionis evacuari contingat, hoc casu delinquentes ab ipsis condigna animadversione, qua synodo tamen approbetur, puniendos. Rursus, si quispiam è synodo, vel in itinere, vel Tridenti, vel in redeundo admisit facinus aliquod, quo fides hæc publica violetur, hunc ab synodo coercendum eo supplicio, quod nobilibus Germanis, qui id temporis erunt Tridenti, probabitur; presenti cautionis formâ manente illibata. Permittit etiam legatis ipsorū, quoties oportuum videbitur, è civitate Tridentino ad expatiandum & aërem liberiores hauriendum exire, & eodem reverti: necnon nuncios ad quaecunq; loca negotiorum causa mittere, ac ad se missos admittere, quoties videbitur expedire, modò deputatorum aliquem sibi comitem assumant, per quem eorum securitati provideatur. Atq; hunc salbum conductum vult durare toto tempore, quo ipsorū tutelam Synodus susceperit, in itinere, quo ad Tridentum venerint, dum ibidem commorabuntur, & viginti dierum spatio, postquam aut ipsi abeundi facultatem petierint, aut Concilium ipsis abeundum significarit, usq; quo in quem quisque sibi elegerit locum tutum restituantur. Eaq; omnia universorum & singulorum Christi fidelium, Principum, tam Ecclesiasticorū, quàm secularium, aliarumq; omnium cujuscunq; conditionis personarum nomine, inviolabiliter observanda bona fide spondet. Simul sincerè permittit, Synodum nullam, occasionem manifestè, vel occultè qua situram, qua in præjudicium hujus publicæ cautionis quidquã attentatur: imò nec usuram neq; permissuram quemquammeti aliqua auctoritate, potentia, jure, statuto, privilegio legum vel canonum, vel Conciliorum, præsertim Constantiensis & Senensis, è quibus in hac parte pro hac vice derogat. Quod si sancta Synodus, aut aliquis ex eâ, vel suis, hujus salvi conductus formâ in quocunq; puncto vel clausula violaverit, & sufficiens multa non fuerit mox subsequuta ipsorū arbitrio approbata, existimant Synodum incidisse in omnes pœnas, quos jure divino & humano, aut consuetudine, ejusmodi cautionem publicarum violatores incurrere possunt, omni excusatione aut contradictione semetâ.



LONA

m.c

l.

Tridem
ferendi,
endi, &
fuerint,
m, Apo-
Sancto-
eligionis
minime
locorum,
p sisq; fo-
sonis suis
ertiores.
acior, cu-
is habe-
aut dum
neficiuna
s condi-
uispiam
aliquod,
od nobi-
onis for-
idebitur.
xire, &
re, ac ad
uem fibe
um con-
itinere,
n spatio,
adum si-
ur. Eaq;
sticoru,
nomine,
um nul-
ujus pu-
mquam
um, vel
pro hac
condu-
n fuerit
n omnes
e publi-
metâ,

n.c.

ULB Halle 3
004 965 825






Ms. 191.
46



HISTO
SALV
D. MAR
WORM
CAR

CA,
CTU,
HERO
B IMP.
T

AUXILIAN
In Academi

GRATIA,
enerab.

Dn. GOD
SS. Theol. Do
& C
Patroni atq;

NERI,
rdinariii,
e cultu

JOH.
Gilg
IN A
Anno M DC

21
,
eridianis.

REGIO

IS.



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

Kodak
LICENSED PRODUCT
KODAK Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2000
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

